B

68
13 B
19

IACOBI LOPIDIS STVNI CAE LIBELLVS TRIVM ILLORVM VOLVMI NVM PRAECVRSOR QVIBVS ERAS MICAS IMPIETATES AC BLAS PHEMIAS REDAR GVIT.



NOBILITAS SOLA EST ATQ; VNICA VIRTVS

IACOBVS LOPIS STVNICA PIO LECTORI. S.P.D.

INTER CAETERAS ANNOTAtiones quas magno numero cõtra Eraſmum Roterodamũ ante hoc ferme bienniũ edidimus in lucem tres erant quæ tum ignorationis ſacrarum litterarum, tum etiã impietatis cuiuſpiam ſublatẽtis hominẽ uidebãtur aperte redarguere. Cum autem ad ſingula annotamenta illa noſtra ex Louanienſi academia, quæ in Brabantia prouincia eſt, apologia Eraſmus iam reſponderit, atq; ita reſpõderit, ut non paruam occaſionem nobis dederit in illũ reſcribẽdi, interim dum opus apparatur quo hominis ineruditionem ſanctarumq; ſcripturarum imperitiam euidentius quã ſuperiore libro fecimus lectori ſumus mõſtraturi, libellum hunc præmittere decreuimus in quo tres illæ annotationes noſtræ cum ſingulis Eraſmi reſponſionibus ac totidem noſtris recriminationibus paucis pagellis continent'. Quibus perlectis facile quiſq; iudicare poterit utrum in Eraſmo imperitia impietatem ſuperet, an impietas potius imperitiam Cum decem illos locos a me allatos ubi Chriſtus ſaluator noſter in ſacris noui teſtamenti libris aperte deus appellat', ſic diluerit ut ad Arrii partes uideatur omnino tranſfugiſſe. Cum ſerui appellationem quę in Chriſtũ quatenus homo eſt competit, ita excuſſerit, ut Apollinariſtarũ errorem appareat illum uelle ſuſcitare. Cũ de ſacramento matrimonii ea profuderit, quæ cum Luterio hæretico manifeſte uidentur conuenire. Erunt autem hæc uelut præludia trium illorum uoluminum quibus Eraſmicas impietates ac blaſphemias (quę multę ſunt & tales ut diſſimulari ſine magno eccleſię ſcandalo ulterius non poſſint) diligentiſſime confutamus, quę cum ad calcem iam peruenerint non multo poſt curabimus publicanda. Neq; enim ferendus amplius

eſt qui Luterio hęretico impietatis arma ſubminiſtrãs Romanę eccleſię ſupra omnes mũdi eccleſias a deo primatum inſtitutum in multis ſcriptorum ſuorum locis audet pernegare. Qui hanc Romani pontificis monarchiam poſt Hieronymi ſæculum exortam eſſe publice aſſeuerat. Qui Phariſęos appellat Chriſti ſacerdotes. Qui monachos nouum iuſęorum genus, & monachatum iudaiſmum. Qui Epos eccleſiæ paſtores & magiſtros aleatores uocat & ſcortatorec, populi quoq; prędones, bellatores, & ſatrapas. Qui in ipſos etiam maximos pontifices Chriſti dei noſtri uicarios & ſ.ápoſtoli Petri ſucceſores facũdiæ ſuę uenenatę iacula cõtorquet. Qui officium eccleſiaſticum ideſt horas canonicas ſpernit. Qui monachorum ſomnia ac mulierculatum deliramenta inter diuinas ſcripturas in eccleſia legi hodie ait, ſanctorũ per hęc uitas haud dubie deſignãs. Qui Chriſtianos cerimoniis pluſq̃ iudaicis onuſtos aſſeuerat. Qui diui Hieronymi miracula a Cyrillo Hieroſolymitano epiſcopo conſcripta fabulas appellat. Qui Hieroſolymitanã peregrinationem tãq̃ inutile3 aperte diſſuadet, cõmentitia quædã illic dicens incertaq; hodie monſtrari. Qui alia deniq; per multa iſtis haud diſſimilia ore ſacrilego blaſphemat, ex quibus impium eſſe hominem ac inſanis falſiſſimisq; perſuaſionibus imbutum aperte comprobatur. Sed hæc latius ex noſtris illis libris cognoſcentur, nũc autem ſat lectori erit ex hoc opuſculo Eraſmi mentem ac ingenium deguſtare, ne cum noſtra illa in publicum prodierint calumniandi tm̃ cauſa ac nõ latentia uenena potius detegẽdi, ad illud nos operis acceſiſſe Eraſmi ſectatores poſſint affirmare.

Vale lector.

EX euangelii ſecundũ Ioannem capite primo Vetus tranſlatio. Et uerbum erat apud deum. Eraſmus in annotationibus. Mos enim hic eſt diuinę ſcripturæ, plerumq; dei uocabulũ licet omnibus perſonis ex æquo cõmune, patri tribuere. Et haud ſcio an uſq̃ legatur dei cognomen aperte tributum Chriſto in Apoſtolorum aut Euangeliſtarum litteris pręterq̃ in duob⁹ aut tribus locis.

¶ Stunica. Dei cognomen aperte tributũ Chriſto in Apoſtolorũ & Euangeliſtarũ litteris, non duob⁹ aut tribus locis ut Eraſmus ex ignoratione ſanctarũ ſcripturarũ ſcripſit, ſed plurib⁹, ſtudioſe illud quęrentibus apertiſſime cõſtabit. Ac primũ notandũ eſt Matthęũ Euangeliſtá cuȝ ad Chriſtum retulit uaticiniũ illud ex Eſaię capite. 7. Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel quod eſt interpretatum nobiſcum deus, manifeſte Chriſtum deũ appellaſſe. Vnde Hieronymus ſuper Eſaiam prędictum explanans uaticinium ſic ait. Eſt ergo ſic intelligẽdum quod dicitur ad Achaz. Iſte puer qui naſcetur ex uirgine o domus Dauid nunc a te appelletur Emanuel ideſt nobiſcum deus, quia a rebus ipſis probabiliter a duobus regibus inimicis liberata patebit deum te habere pręſentẽ. Poſtea aũt uocabitur Ieſus. i. Saluator, eo ꝙ uniuerſum genus hominum ſit ſaluaturus. Nõ mireris ergo o domus Dauid ad rei nouitatem ſi uirgo deum pariat qui tantam habeat poteſtatem, ut nullo poſt tempore naſciturus te nunc liberet inuocatus. Vt autem omittamus Ioannis euangeliũ nihil aliud clamare q̃ Chriſti diuinitatem, de qua quod manifeſtius ac ſublimius cęteris Euangeliſtis is fuerit locutus, θεολόγος. ideſt theologus κατ᾽ ἐξοχὴν. ideſt per excellentiam a gręcis eſt appellatus, utq; illud nõ memoremus, Chriſtũ ſe metipſum multis in locis deum appellaſſe, quod Iudęi melius q̃ Arriani intelligẽtes. De bono aiebant opere non lapidam⁹ te, ſed de blaſphemia quia tu homo cum ſis facis te ipſum

deum, maniſeſtiſſime patet theologum illum & euangeliſtam Ioannem in principio ſui euangelii Chriſtum deum appellaſſe cum dixit. In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Quod ſignificãtius græce dicitur καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος .i. & deus erat ipſu3 uerbũ Hoc ẽ & uerbũ hoc quod erat in principio, & qđ erat apud deum, id ipſum uerbum erat deus. Id aũt ex græco articulo ὁ. quod dictioni λόγος adiũgitur maniſeſte pcipitur. ℂ Idẽ in fine ſui euangelli Thomã apoſtolũ deſcribit Chriſtũ his uerbis adoraſſe. Dñs meus & deus meus. quod græce dicitur ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου. ſup quo Theophilus ſic ait. Qui prius infidelis fuerat poſt lateris tactum optimum ſe theologum oſtẽdit. Nam duplicem naturã, unicamq; hypoſtaſim Chriſti ediſſeruit. Dicẽdo enim dominus meus, humanam naturam, dicendo uero deus meus, diuinam confeſſus eſt, & unum & eundem deum & dominum. ℂ Actuũ præterea capit. 20. Attendite inquit Paulus uobis & uniuerſo gregi in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regendam eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Quod græce ſic legitur. προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. Quẽ locum ediſſerens Beda ſic ait. Non dubitat ſanguinem dei dicere propter unionẽ perſonæ in duabus naturis Ieſu Chriſti pro qua dictum eſt filius hominis qui eſt in cęlo. Ceſſet Neſtorius filiũ hominis a filio dei ſeparare, & duos facere Chriſtos. ℂ Ad Romanos. 9. Quorũ patres & ex quib⁹ eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia deus bene dictus in ſęcula amẽ. Quod græce ſic legitur ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ſup quo Origenes ſic ait. Et miror quõ qdã legẽtes qđ idẽ Apoſtolus in aliis dicit unus deus pr̃ ex quo oĩa, & un⁹ dominus Ieſus chriſtus p quẽ oĩa, negẽt filiũ dei deũ debere pſiteri ne duos deos dicere uideantur, & qd de hoc loco Apoſtoli faciãt, ĩ quo aperte Chriſtus ſup oĩa deus eſſe pſcribitur &c. Athanaſius quoq; pſentẽ locũ ediſſe

tẽs ſic ait. Ob idq; dei charitatẽ magnũ i modũ obſtupeſcẽs Paulus agit unigenito gratias qui eſt ſuper omnia inquiẽs benedictus deus. Si enim alii inquit maledictis deum inceſ ſuerint exiſtimantes haud merito excepiſſe hunc ad ſe gen tes, nos tamen qui dei myſteria nouimus, ſcimus hunc & gloria eſſe & laude dignum. Ex his haud dubie uerecundia & pudore obruiť Arrius cum Paulus Chriſtum ubiq; prædicet & aſtruat deum. ℭ Ad Philippenſes. 2. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Quod grecæ ſic legitur. ὅς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ.. Super quo ſic ait Athanaſius cumprius hæreticos quoſdam quos illic nominat, hoc Apoſtoli teſtimonio confutaſſet. In forma dei, hoc eſt in dei ſubſtantia, neq; factus dixit ſed exiſtens, dictum ſane illi perſimile. Ego ſum qui ſum. Neq; rapinam arbitratus eſt eſſe ſe deo ęqualem. Vides ęqualitatem &c. Ambroſius preterea pręſentem explicans locum. Chriſtus inquit ſemp in forma dei erat, quia imago eſt inuiſibilis dei. Sed Apoſtolus de dei filio cũ incarnatus homo factus eſt tractat dicens. Hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu. ideſt de deo & homine, qui cum in forma dei eſſet inter homines utiq; cõuerſatus, geſtis & operibus apparebat eſſe deus. Forma enim dei nihil differt a deo. Ideo enim forma dei & imago appellatus eſt, ut intelligeretur non ipſe pater eſſe deus, ſed hoc eſſe quod deus eſt &c. ℭ Ad Coloſſenſes cap. ſecundo. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sic enim legit diuus Hieronymus in ſermone de aſſumptione uirginis, & Hilarius libro ſecundo de trinitate pro quo in gręco habetur ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Super quo ſic Athanaſius ait. Quia in ipſo inhabitat &c. Hoc eſt quodcũq; deus eſt uerbũ, in ipſo habitat. Sed ne forte inhabitaſſe hunc audiens exiſtimes habitando & operatum eſſe quẽadmodũ & prophetę ſolebãt in quibus deus inhabitabat ſm quod ſcriptũ eſt & inhabitabo in eis & inambulabo: corporaliter

ſcilicet adiunxit, hoc eſt non operatione aliqua, ſed ſubſtã tia, & tanquam corporatus & ſubſtantia una exiſtens cum carne aſſumpta. Vel poteſt hoc modo itelligi uidelicet tãq̃ in corpore cum inhabitat anima corpore quidẽ hęc uiuit ſubſtãtialiter & inſeparabiliter ac ſine ulla admixtione: aĩa tñ ipſa corpore excedit corpus dum moritur. Deus aũt uer bum nũq̃ a carne aſſumpta ſeiunctus eſt. Quin & in ſepul chro aderat illi, eandemq; ipſe & incorruptam ſeruabat, ad inferoſq; deſcendens cum carne hac erat. Siue igitur prędi cans ſiue cum incluſos inferni clauſtris & detentos iam ſol ueret, iunctus erat diuinus cum corpore animus, uel tum etiam cum uoluntaria morte deceſſit. ℭ Ad Titum capi te. 2. Expectantes beatam ſpem, & aduentum glorię magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti. Quod gręce ſic legitur προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. Quod Atha naſius ediſſerens ſic ait. Verum ubi nam gentium ſunt qui filium ipſum imminuunt, nec deum fateri hunc pati untur? Audiant nunc quemadmodũ & deus ſit ille & ma gnitudine pręſtet, quę magnitudo dei eſſe aſſeritur, non ut cum inferiore aliquo comparetur, ſed quia magnus ſit ille & pręſtans, qui & ſi aduerſarios & ſibi infenſos ſaluos fecit quid ille non nobis aduenìens ſi probos depręhẽderit da turus eſt? Idem in epiſtola ad Philippenſes, ſuper illo Qui cum in forma dei eſſet &c. de hoc loco ſic ait. Nãq; filius magnus ſit deus, audi Paulum ita dicentem. Aduentũ ma gni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. ℭ Ad Hebręos item capite primo, Ad filium autem thronus tuus deus in ſęculũ ſęculi. Quod gręce dicitur ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Eſt enĩ illic deus uocatiui caſus tametſi ar ticulũ nominatiui in gręco habeat, ut eo loco pleniſſime oſtendemus. Vnde Athanaſius hunc eundem locum ediſſe rens ſic ait. Angeli inquit creati ſunt, & ad eos illud refert qui facit, filius uero nequaq̃ creatus eſt, nec de eo illud qui facit eſt dictum, quin potius rex ille & dominus & deus eſt quod plane thronus iſte teſtificatur qui principatus

eſt & imperii argumentum. Id autem dictum contra Paulum Samoſatenum & Arrium facit qui ſimplicem hominē introducunt qui deus eſſet & ſempiterno imperio potiret. ℂ Prima Ioannis cap.5. Et ſimus in uero in filio eius Ieſu xp̄o. Hic eſt uerus deus & uita ęterna. Qđ ſic in gręco legitꝛ καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστῷ οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ac ſi quidē legit diuus Hiero. in explanationibus ſuper Eſaiā cap.65. Atq; hoc Ioannis de Chriſti diuinitate teſtimonium, tanq̄ ualidiſſimū telum in impios Arrianos cōtorquet. ℂ Ecce nos decē attulimus loca ex quibus dei cognomen ab Apoſtolis & Euangeliſtis aperte tributum eſſe Chriſto manifeſtiſſime patet. Neq; ignoramus multa & alia his ſimilia in ſacris libris poſſe reperiri. Sed nos hæc tantum annotare uoluimus, ut uel ex his facile appareat q̄ frequens ſit in ſanctarum ſcripturarum lectione Eraſmus iſte Roterodamus, qui haud ſe ſcire ait an uſq̄ legatur dei cognomen aperte tributum Chriſto in Apoſtolorum aut Euangeliſtarum litteris præterquam in duobus aut tribus locis.

ℂ Eraſmi ad Stunicam reſponſio.

EX Euangelio Ioannis cap.1. Et uerbum erat apud deū. In annotamento ſcribo hunc in modum: Mos enim hic eſt diuinę ſcripturę plerūq; dei uocabulū licet oibus pſonis ex æquo cōmune, patri tribuere & haud ſcio an uſq̄ legatur dei cognomen aperte tributum Chriſto in Apoſtolorum & Euangeliſtarum litteris. Hoc cū in prima ęditione ſimpliciter admonuiſſem, haud quaq̄ in dubiū uocans an Chriſtus eſſet deus & homo, quod nobis indubitatiſſimum eſſe oportuit etiam ſi ſemel dūtaxat in ſacris litteris legeretur, ſed ut ſtudioſus lector inquireret quo ꝯſilio Apoſtoli palam ac perpetuo tribuant cognomentum dei patri, filio ac ſpiritui ſancto non item, quoniam ſenſeram nonnullos offenſos hoc loco aut quod magis arbitror anſam hinc arripuiſſe calumnię, in poſteriore æditione adieceram hęc uerba. Etiam ſi ex complutibus locis certo colligitur Chriſtum fuiſſe deum nō hominē tm̄. Hoc igitur fundamento fixo & inconcuſſo paucis

diluam Stunicę argumenta, qui locum hunc atrociter eſt inſectatus. Primum quod dixi duobus aut tribus locis, non numero loca, ſed uulgari more ſermonis, pauca ſignifico loca. Quod etiamſi me fefelliſſet memoria, cum hoc ipſo loco teſter dei uocabulum in omnes perſonas ex ęquo competere, nõ erat cur quiſq̃ metueret aliquid ab Arrianis. Fortaſſe ſuſpicari poterat aliquis hoc parcius fuiſſe factũ ab Apoſtolis uerentibus ne id temporis quorundam aures profanę non ferrent homini tribui dei uocabulum, fieretq; ut prius reſilirent ab euangelica doctrina, q̃ cępiſſent euangelii myſteria diſcere. Sic Chriſtus primum ſuis mandauit, ut pœnitentiam prædicarent de Chriſto tacerẽt. Et Petrus ac Paulus Chriſtum rudibus adhuc prædicantes, uirum & hominẽ appellant, de deo tacent. ¶ Iam ad loca decẽ ut ait, quę mihi ob iicit Stunica, paucis reſpõdebo. Matthęus refert ex Eſaię cap. 7. teſtimonium. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatũ nobiſcum deus. Hic uult Chriſtum manifeſte uocatum deum, præſertim cum ita interpretetur Hieronymus enarrãs hunc prophetam. Primũ nec in uerbis prophetæ manifeſte Chriſtus appellatur deus, ſed ex indito nomine ſignificatur illo nato deum fore propiciũ humano generi. Cũ his enim deus eſſe dr̃, quibus fauet. Quin & gręci σὺν θεῷ, σὺν ταῖς μούσαις fieri optant, quod illis propiciis ac fauentibus fieri cupiunt. Nec hoc palam dicit Hieronymus, ad quod Stunica detorſit. Relegat attente locum prudens lector, & ſic eſſe comperiet, nã nos breuitati ſtudemus in pñtia. Iã quod Iudæi colligũt xp̃m ſibi uendicare diuinitatẽ, quod ſe uocaret filium dei, nihil cõtra me facit. Nã non cõſequi ut quicunq; ſit filius dei, idẽ ſit deus docuit ipſe Chriſtus oñdens & pios hoĩnes appellatos filios dei, atq; adeo deos eſſe dictos. Qđ ſi maxime cõſequeref, nihil aduerſum me facit, q fateor plurima eſſe loca in libris diuinis, e quib⁹ certo colligimus xp̃m eſſe deũ. ¶ Porro quod hoc loco cũ ait & deus erat uerbũ, Chriſtus aperte uocaf deus, mihi magis uidetur certa ratiocinatione colligi, q̃ appellatione manifeſta. Docet. n. Ioãnes per

bum dei fuiſſe ab initio, imo ſine initio ante conditū mundum, idq; uerbū fuiſſe naturę diuinę, idēq; poſtea factu; hominē. Q̄m aūt ſic aſſumpſit quod nō erat, ut nō deſineret eſſe quod erat, certo colligit̄ eundem fuiſſe geminæ naturę diuinę & humanę. Atq; id ex multis diuinę ſcripturæ locis colligi teſtatus ſum, impius futurus ſi quid hac de re dubitarē. ¶ Sed euidētius eſt quod Thomas contrectato latere Chriſti exclamat dn̄s meus & deus meus. Hic aliquis tergiuerſari poſſet, exclamationē eſſe nō aſſeuerationem de Xp̄o ſed malo locū hunc unū eſſe ex eoꝝ numero, in q̄bus xp̄us manifeſte ſit appellatus deus. Nolo. n. eſſe argut⁹ cū offendiculo infirmoꝝ, p̄ſertim cū nō diſputet̄ de xp̄o, ſed de lapſu memoriæ meę, deq; inſcitia ſcripturaꝝ. Nec aliud eſt periculū ſi uincat aduerſarius, q̄ ut Eraſmus nō legerit, aut nō meminerit locoꝝ, in quibus Chriſtus aperte nominatur deus. ¶ Porro qđ ait Paulus i actis apoſtolicis cap, 20. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſp̄us ſanctus poſuit ep̄os ad regendā eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, poteſt eſſe duplex tergiuerſatio. Primum Chriſtus hic repeti poteſt, ex eo quod paulo ante pręceſſit, quod accepi a domino Ieſu &c. ut intelligamus eccleſiā dici dei patris, quaſi familiam eius, quam Chriſtus patri ſuo ſanguine aſſeruerit. Deinde poteſt accipi, ut pater filii ſanguinem, ſuum appellet propterea quod ipſo autore, filius pro ſalute mundi mortem obierit. ¶ Ad locū qui eſt in epiſtola ad Romanos ca. 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſ̄m carnem, qui eſt ſup omnia deus benedictus in ſęcula amen, tergiuerſari poſſet aliquis ſermonem ſic eſſe diſtinguendum, qui eſt ſuper omnia. Deinde interiecto ſilentio, uelut epiphonema adiicit, Deus benedict⁹ in ſæcula, ut hæc clauſula ſit agentis gratias patri, qui Chriſtum præfecerit omnibus. ¶ Cęterum locus qui eſt ad Philippenſes capite ſecūdo. Qui cum in forma dei eſſet &c. Iam declarauimus & ab Ambroſio ſecus enarrari q̄ de natura diuina & humana. Nec eſt hic proprie appellacio, nec apertum dici poteſt ubi uariant interpretes orthodoxi.
¶ Ruſum quod eſt ad Coloſſenſes ca. 2. In ipſo inhabitat

omnis plenitudo diuinitatis corpaliter, pręterq́ quod negari pōt appellatio de qua nos fecimus mentionē, recipit & aliā interpretationē, nimirū Chriſto datū a patre affatim quicquid attinet ad humanam felicitatē, ut non oporteat nec a philoſophis, nec a Moſe, nec ab Angelis eam petere, quaſi re petierit Paulus quod paulo añ dixerat, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię abſcōditi. Porro quod additur σωματικῶς magis opponitur umbris legis Moſaicæ q̄ referē ad naturā diuinam. ℂ Ad hæc quod eſt in epiſtola ad Titū cap. 2. Expectantes beatam ſpem & aduentum glorię magni dei & ſaluatoris &c. pręterq́ quod ſermo palā eſt anceps: hoc enim negari nō poteſt, docuimus Ambroſium priorem partem de patre interpretari non de filio. ℂ Iam quod adducitur ex epiſtolę ad Hebręos cap. 1. Ad filiū aūt Thron⁹ tuus deus in ſęculum, ut ne quid tergiuerſer de autoritate huius epiſtolæ, ut ne poſtulem mihi ſuffragari ſermonis amphibologiam manifeſtā, ut ſuo indicabimus loco, certe locus hic ex uetere teſtamento citatus eſt, cum ego loquar de ſcripturis apoſtolicis, quibus ipſi ſuis uerbis Chriſtum pręd icant, quo quidem colore poteram uti & in primo loco, quem ex prophetia Matthęus adduxerat. ℂ Poſtremo quod adfertur ex epiſtolę Ioannis primę cap. 5. Et ſumus in uero filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt uer⁹ deus & uita ęterna, ut omittā alias tergiuerſationes: nō cogimur ut hoc accommodemus filio Poteſt. n. hic eē ſenſus, immo hoc ſenſiſſe uideē qui ſcripſit. Et ſumus nō in diabolo aut mūdo uano & fallaci, ſed in uero patre, & hoc per filium eius Ieſum Chriſtū per quem illi iungimur. Hic. n. pater eſt uerus deus & uita ęterna, & fons omnium. ℂ Igitur ut finiam, cum ego locutus ſim de uocabulo aperte tributo, teſtatus ratiocinatione pluribus ex locis poſſe colligi, ſentiens patrem tot locis appellari deum, filium indicari potius quam appellari, cum apertum ſit de quo non uariant interpretes orthodoxi, qđ non pendeat ab allegoriis, de quo non queas tergiuerſari, cū locutus ſim de litteris apoſtolicis, cum duo aut tria dixerim pro paucis, eat nunc & numeret ſuos decem locos Stunica

quibus arguat me non legiſſe ſacros libros. Iuxta rationem hanc uix duos inueniet opinor. Et tamen hac in re nõ libet eſſe diſertum. Malo ipſe lapis aut fungus haberi, quã aliqd ꝑ occaſionem decedere glorię Chriſti.

¶ Stunicę in Eraſmum recriminatio.

EX euangelio ſecundum Ioannem cap. I. Et uerbum erat apud deum. In ãnotatione ſuper hoc loco ſic ab Eraſmo ſcriptum eſſe cõſtat. Mos. n. hic eſt diuinę ſcripturę plærũq; dei uocabulum licet omnibus perſonis ex ęquo cõmune, patri tribuere, & haud ſcio an uſquam legatur dei cognomen aperte tributum Chriſto in Apoſtolorũ & Euangeliſtarum litteris pręterquam in duobus aut tribus locis. Hic ego Eraſmum ſcripturas ſacras penitus ignoraſſe demõſtraui decem allatis locis ex Apoſtoloru3 & Euãgeliſtarum litteris in quibus Chriſtus aperte deus appellatur. Neq; ſolum latine eos locos attuli, ſed & græce ne ſtatim tergiuerſari poſſet homo gręculus, non ſic in gręco legi ut in latino reperitur. Adieci pręterea de induſtria ueterum doctorum interpretamẽta, ne calumniari etiam poſſet non eodem modo hęc illos intellexiſſe ut nos eſſe intelligenda conſtanter affirmamus. At ille cum ſe ignorationis apertiſſimæ conuictum liquido ꝓſpiceret, ne omnino imperitus ab his quibus admirationi eſt poſſet iudicari, decem illos locos a me allatos ita diluere conatus eſt, ut ſi antea illum inſcium tantum ſcripturarum arbitrabar, nunc non iam inſcitia ſed quod grauius eſt Arriana uęſania putem laborare. Suſpicionem hanc meam illud quidem auget quod ubicunq; in apoſtolicis epiſtolis dei cognomen aperte Chriſto Eraſmus uidet attributum, additũ illud eſſe ab orthodoxis ſuſpicatur quo Arrianos hęreticos conuincerent. Velut ex eo poteſt iudicari quod in annotamentis ſup illo quod eſt ex epiſtola ad Roma. cap. 9. Quorũ patres & ex quibus eſt Chriſtus ſm carnem qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſęcula, ſic adſcripſit. Qui eſt ſuper omnia deus. Niſi hæc ꝑticula adiecta eſt ſicut quaſdam a dictas offendimus, hoc certe loco Paulus palam Chriſtum pronũciauit deum. Et ex eo etiam quod ſcripſit in eiſdem annota

tionibus ſuper illo quod eſt ex epiſtola prima ad Timo.cap. 1.Regi autem ſęculorum immortali inuiſibili ſoli deo, ubi hæc explicans ſic dicit.Soli deo μόνῳ σοφῷ θεῷ .i.ſoli ſapiēti deo ut ſoli ſapienti coniūgas & deo referatur ad oīa.Ad hūc quidem modum legit Chryſoſtomus & hunc ſecutus Vulgarius.Cæterū quoniam id nec apud Hieronymum,nec apud Ambroſium,nec apud ullum pręterea reperio,nonnihil ſuſpicor additum aduerſus Arrianos qui ſolum patrem deū eſſe uolebant.Siquidem ut hęretici nonnihil immutabant in litteris ſacris quo ſuum tuerētur errorem:ita compertum locis aliquot addita quędam ab orthodoxis ad excludendos: aut refellendos hæreticorū errores ut aliquot locis indicauimus.Quo autem tanto errore Eraſmū liberemus aut ſi nō illum utpote tam aperte peruicacem,eos ſaltem qui bona fide hominem hactenus ſectabantur,age iam & denuo oſtendamus decem illos locos a nobis allatos xp̄i diuinitatē aperte prędicare.¶Prim⁹ locus eſt Matthęi capite primo.Hoc autem totum factum eſt ut adimpleretur quod dictum eſt a domino per prophetā dicentem.Ecce uirgo in utero habebit,& pariet filium,& uocabitur nomen eius Emanuel, q̄d eſt interpretatum nobiſcum deus.Vaticinium iſtud ex Eſaię capite ſeptimo ad Chriſtum retulit Matthæus euangeliſta conſequitur ergo Chriſtum a Matthæo deum hic aperte nominatum.Sed inſtat aduerſarius ex his prophetæ uerbis nō manifeſte probari Chriſtum deū appellatum,ſed ex indito nomine ſignificari illo nato deum fore propicium humāo generi cum his.n.deus eſſe dicitur quibus fauet,quin & gręcos σὺν θεῷ σὺν ταῖς μούσαις fieri optare q̄d illis propiciis ac fauentibus fieri cupiūt.Ad quod ita reſpondetur.Si propheta id ipſum quod Eraſmus intellexiſſet,non quidem dixiſſet & uocabitur nomen eius nobiſcum deus:hoc enim hebręis ſonat Emanuel,ſed ecce uirgo concipiet & pariet filium, & erit nobiſcū deus.i.illo nato erit nobis deus p̄pici⁹.Nūc aūt cum naſciturum ex uirgine uocandum dixerit Emanuel, id eſt nobiſcum deus, apparet iam tum ab Eſaia Chriſtum deum appellatum.Neq; illud uerum eſt quod Eraſmus ait

non hoc palam dicere Hieronymum hunc locum ex Eſaia explicantem. Sic enim apud Hieronymum illic legitur, q̄d & a nobis in annotatione allatum eſt. Eſt ergo ſic intelligē- dum quod dicitur ad Achaz, iſte puer qui naſcetur ex uirgi ne o domus Dauid nunc a te appelletur Emanuel ideſt no- biſcum deus: quia rebus ipſis probabiliter a duobus regibus inimicis liberata patebit deum te habere pręſentem. Poſtea autem uocabit̃ Ieſus ideſt ſaluator eo quod uniuerſum ge- nus hominum ſit ſaluaturus. Non miteris ergo o dom⁹ Da uid ad rei nouitatem ſi uirgo deum pariat, qui tantam habet poteſtatem: ut nullo poſt tempore naſciturus te liberet inuo catus. Hęc Hieronymus. Nō igitur Hieronymum hoc loco Stunica detorſit ut impudentiſſime Eraſmus blaterat, ſed id Hiero. ad uerbum dicit quod illum dixiſſe aſſeruit Stunica quod ex eo apparet cum dixit. Iſte puer qui naſcetur ex uir- gine o domus Dauid nūc a te appelletur Emanuel. i. nobiſcū deus, cumq; poſtea intulit non miteris ergo o domus Da- uid ad rei nouitatem ſi uirgo deum pariat. Idē pręterea Hie ronymus in prologo explanationum ſuper Eſaiā ſic ait. Nul luſq; putet me iſtius uoluminis argumentū breui cupere ſer mone comprehendere cū uniuerſa dn̄i ſacramenta pręſens ſcriptura contineat: & tam natus de uirgine Emanuel quam illuſtrium patrator operum mortuus ac ſepultus & reſurgēs ab inferis & ſaluator uniuerſarū gentiū prędicetur. Vides le- ctor dixiſſe hic Hieronymum natum de uirgine Emanuel? Sed audi etiam eundem Hieronymum ſuper illo ex Eſaię. c. nono Paruulus. n. natus eſt nobis, poſt aliquāta ſic dicentē Iſte igitur puer qui natus eſt de uirgine appellatur Emanuel id eſt nobiſcū deus. & infra. Et licet ex eo quod ſupradixerat Emanuel ideſt nobiſcum deus deum illum eſſe monſtraue- rit: tn̄ nunc dicit factum illius principatum ſuper humerum eius: uel quod crucem ſuam ipſe portauerit: uel per humerū oſtendens brachii fortitudinem eodem Eſaia dicente. Reue lauit dominus brachium ſuum ſanctiſſimum omnibus gen tibus &c. Vides item quam aperte ex hac Hieronymi expo- ſitione Eraſmi pertinacia cōuincat̃, cū uidelicet Hiero. retu

lerit ex eo q̄d Eſaias ſupra dixerat Emanuel uocandum eſſe eum qui ex uirgine eſſet naſciturus, deū illum eſſe ab eodem propheta commoſtratū. Quid ad hæc pertinaciſſimus Eraſmus poteſt reſpondere? Sed licet ſatis ſuperq; erat tria Hieronymi attuliſſe teſtimonia, audiat tñ Eraſmus & Hilarium libro ſecundo de trinitate ſic dicentem. Videam⁹ partū uagitū & cunas quę dignitas ſequat̄. Loquitur ad Ioſeph angelus parituram uirginem: & eum qui natus fuerit uocandum Emanuel. i. nobiſcū deus. Proclamat ſpiritus per prophetam Angelus teſtis eſt, deus nobiſcum eſt ille qui naſcitur. Idē libro decimo. Namq; cum in homine deus natus ſit, non ic circo natus eſt ne nō deus maneret, ſed ut manente deo homo natus in deum ſit, nam & Emanuel nomen eius eſt q̄d eſt nobiſcum deus, ut non defectio dei ad hominem ſit, ſed hominis prouectus ad deum. Chryſoſtomus pręterea in homiliis ſuper Matthæum præſentem locum ediſſerens ſic ait Et uocabit̄ nomen eius Emanuel, & cur inquies non eſt hoc nomine ideſt Emanuel, ſed Ieſus Chriſtus Quia. ſ. non dixit uocabis, ſed uocabunt: populus ſine dubio & ipſe exitus rerum. Hic enim ab effectu nomen imponitur. Eſt autem in ſcripturis mos iſte celeberrimus ut accidentes plurimumq; cauſæ nominis uice his a quibus implendę ſunt coaptētur. Quid enim eſt aliud uocabunt nomen eius Emanuel, niſi uidebunt oculi mortalium dominum per aſſumptum hominem capientia totum orbem ſigna facientem, qui & ſi ante cum hominibus fuit non tamē tam aperte tamq; manifeſte Cyrillus item libro Theſauri duodecimo capite quartodecimo ad probandam Chriſti diuinitatē hūc eundem locū ex euangelio Matthęi contra Arrianos producens ſic inquit, Niſi filius naturaliter deus eſſet non uocaretur nomen eius Emanuel quod eſt nobiſcum deus. Per uirginem enim ſanctam & de ſpiritu ſancto factus eſt homo, quem non angelus neq; creatura ſed ipſe deus Emanuelē uocauit, ſicut oſtēdit propheta dicens de Chriſto. Et uocabunt nomen ei⁹ nouum quod dominus nominauit. Nouum enim nomē Emanuel filio impoſitum. Nam ante incarnationem deus ſolum

modo uocabatur, poſt incarnationem autem non ſolū deꝰ
ſed etiam nobiſcū deus, hoc eſt deus homo factus eſt. Cum
igitur ipſe dominus & pater deum filium ſuum appellet eru
beſcant aliquando qui temere audent ipſum creaturis cōnu
merare, Hactenus Cyrillus. Qua uero audacia dicere Eraſmꝰ
poteſt non contra ſe facere quod iudęi colligunt Chriſtum
ſibi uendicare diuinitatem. Nam non conſequi inquit ut qui
cunq; ſit filius dei, idem ſit deus, docuit ipſe Chriſtus oſten
dens & pios homines appellatos filios dei atq; adeo deos eē
dictos. Quaſi Iudęi illud potuiſſent ignorare qui in pſalmis
quotidie legebant. Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi omnes,
ſed cum Chriſtum multis in locis apertiſſime ſe deum uoca
ri audiſſent, De bono aiebant opere non lapidamus te, ſed
de blaſphemia quia tu homo cum ſis facis te ipſum deum.
At qui in alio ſenſu nulla uideri poterat eſſe blaſphemia ſe
uocare deum aut dei filium cum omnes ea appellatione poſ
ſent uocitari. Quid qđ aperte ſe deū Chriſtum uocaſſe atq;
ea de re Iudæos uoluiſſe illum interficere, ex Ioannis cap.
quinto apparet ubi Euangeliſta ſic refert ex pſona ſua. Pro
pterea ergo magis quęrebant eum Iudęi interficere quia
non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat
deum, ęqualem ſe faciens deo, ęqualem autē ſe facere deo
quidnam aliud erat niſi ſe fateri natura eſſe deum, quod nō
conuenit dicere de dei appellatione in alio ſenſu accepta
Atq; ipſe quidem Eraſmus ut ſuo ipſius gladio hominem
iugulemus, in eo opuſculo cui titulum indidit ratio ſeu cō
pendium uerę theologię, aperte fatetur de naturali diuinita
te Iudęos intellexiſſe quod nunc negat ne ſibi unq̃ conſta
re uideatur. Sic enim Eraſmus illic ait. Quanquā & uerbis
teſtatur ſe filium dei e cęlo miſſum, & in cęlo fuiſſe & eſſe
cum uerſaretur in terris, cumq; patrem deum ſubinde in
culcat, quod & a Iudæis intellectum eſt cum aiunt. Tu ho
mo cum ſis facis te ipſum deum. ¶ Secundus locus a me
allatus eſt ex Euangelii Ioannis cap. I. Et deus erat uerbum
quod ſignificantius gręce dicitur. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος ideſt
& deus erat ipſum uerbum, hoc eſt & uerbum erat deus. Ad

hęc Eraſmus reſpondet magis hinc uideri colligi ratiocina
tione Chriſtum uocari deum, quam appellatiõe manifeſta,
atq; hæc dicens non meminit in annotamento ſic a ſe pri-
mum ſcriptum. Mos enim hic eſt diuinę ſcripturę plęrumq;
dei uocabulum licet omnibus perſonis ex ęquo cõmũe pa-
tri tribuere, per quæ uerba aperte Eraſmus deſignauit non
ita filio uocabulum dei in ſcripturis uideri attributum, ſicut
patri, quod ex hoc loco Ioannis inter cętera manifeſte re
darguitur, cum uerbo .i. filio uocabulum dei ab eodem ui-
deamus attributum, atq; ex hoc loco orthodoxi tractato
res contra Arrianos muniãtur, qui naturalem ac uerã Chri-
ſti deitatem pernegabant. ¶ Tertius locus eſt Ioannis cap.
20. cum Thomas Chriſtum adorat dicens dominus meus;
& deus meus. Hic Eraſmus dicit aliquẽ poſſe tergiuerſari ex
clamationem eſſe, non aſſeuerationem de Chriſto. Et nihil
dicit, cum omnes orthodoxi ueteres aſſeuerationem dicãt
eſſe de Chriſto & ueram confeſſionem, nõ exclamationem
ad deum patrem ut Eraſmus fingit. Sic enim Hilarius ſepti-
mo libro de trinitate hunc locum intellexit, cũ inquit. Et ui
deamus an hanc euangeliſtę prædicationem Apoſtoli Tho
mæ confeſſio conſequatur, cum ait, Dominus meus & deus
meus. Deus igitur ſuus eſt quem deum ꝯfitetur, & certe dictũ
non ignorabat a domino. Audi Iſrael dominus deus tuus
deus unus eſt. Et quomodo apoſtolica fides principalis im-
memor eſt facta mandati ut deum Chriſtum confiteretur,
cum in unius dei eſſet confeſſione uiuendũ? Sed Apoſtolus
totius ſacramenti fidem per uirtutem reſurrectionis intelli-
gens cum frequenter audiſſet, ego & pater unum ſumus, &
omnia quę patris ſunt mea ſunt, & ego in patre, & pater in
me, iam ſine fidei periculo naturæ nomen cõfeſſus eſt. Quia
ab unius dei patris profeſſione religio non excederet deum
confeſſa dei filium, cum in filio dei non niſi paternę naturæ
ueritas crederetur, neq; ſub alterius dei impia confeſſione fi
des naturę periclitaretur unius, quia non alterius dei naturã
perfecta dei natiuitas attuliſſet. Veritatem igitur Euangeli
ci ſacramenti Thomas intelligens dominũ ſuum & deum

ſuum eſſe confeſſus eſt.Non hic honoris eſt nomen,ſed na
turę confeſſio eſt,rebus enim ipſis atq; uirtutibus deum cre-
didit.Et dominus profeſſionis huius religionem non hono
ris eſſe docuit,ſed fidei dicens. Quia uidiſti me, credidiſti.
beati qui non uiderunt,& crediderunt. Videns enim Tho-
mas credidit.Sed quid credidit quęris. Et quid aliud credi-
dit quam profeſſus eſt dominus meus & deus meus. Reſur
rexiſſe enim per ſe ex mortuis in uitam niſi natura dei non
potuit,& creditę religionis fides hoc eſt profeſſa quod deus
eſt. An ne ergo nomen dei nō naturę res exiſtimabit cū pro
feſſio nominis fidē naturę creditæ ſit ſecuta? Nam utiq; re
ligioſus filius,& qui non uoluntatem ſuam ſed eius qui ſe
miſerat faceret,& qui non honorem ſuū,ſed eius a quo ue
nerat quęreret,honorem huius in ſe nominis recuſaſſet,ne
quod ipſe unum prędicauerat ſolueretur,ſed ueræ & apoſto
licę fidei myſterium confirmans,& naturę in ſe paternę no-
men agnoſcens,beatos eſſe docuit qui cū ſe reſurgentem a
mortuis non uidiſſent,deum tamen per reſurrectionis intel
ligentiā credidiſſent.Hactenus Hilarius ex cuius uerbis ma-
nifeſtiſſime apparet aſſeuerationem hanc Thomę fuiſſe & ue
ram fidei confeſſionem,non exclamationem. Sed audiamꝰ
etiam Cyrillum in cōmentario ſuper Ioannem in hunc etiā
ſenſum præſentem locum explicantem,ait enim. Præ gau
dio autem magis quam infirmitate mentis dubitaſſe Tho-
mam diximus,quoniam & de aliis dixiſſe Lucam nō igno
ramus, Adhuc autē illis non credentibus & mirantibus præ
gaudio. Verum cum uiſus omnem dubitationis cauſam
tollat, recte Thomas ſtatim clamauit dominus meus & de
us meus. Nam qui dominus omnium natura eſt & deus,
hunc deum quoq; uerum eſſe neceſſe eſt. Quod retro etiam
uertitur, nam qui deus natura eſt, is omnibus neceſſa-
rio imperat. Cum articulo autem dicitur utrumq;,ne quis
noſtra uel angelorū ſimilitudine,ſed ſingulariter ipſum do
minum & ipſum deum dici exiſtimet,multi enim & in cęlo
& in terra dii & dn̄i ſunt ut Paulus ait. Singulariter autem
Thomas ut dei ueri filiū,ipſum dn̄m,& ipſum deū appellat

quodq; malus eſt cum hęc dicere ſaluator diſcipulum audi
ret, non increpat nec repellit, ſed laudat atq; complectitur,
& cæteros ita prędicare hortatur. Euntes inquit docete om
nes gétes, quod una cum aliis cum Thomas audiſſet, quid
aliud poterat dicere, quam quod ipſe credebat. Vides lector
Cyrillum cum Hilario hoc loco concordare & appellatio-
nem hic eſſe dixiſſe, cum ait ipſum dñm & ipſum deum ap-
pellat. Sed audi eundem Cyrillum libro theſauri duodeci-
mo cap. 15. Inſuper inquit cum diſcipuli Thomę condiſcipu
lo dicerét, reſurrexiſſe ſaluatoré a mortuis ſeq; ipſu; uidiſſe
ſubdubitans Thomas reſpondit. Si non immittam manus
meas in locos clauorum non credam. Cum dominus dein-
de rurſum appatuiſſet & manus atq; latus Thomę oſtéderet
ad firmam reuocatus fidem ille magna uoce reſpondit, Do-
minus meus & deus meus. Quo dicto & tunc laudatus fuit
& nunc a nobis in admiratione habetur quia ſaluatoré uere
& dominum & deum appellauit. Nec minus beati ab ipſo
Chriſto dicuntur qui quamuis ipſum non uiderint dominũ
tamen & deum ut Thomas confitentur. Audis etiam hoc lo
co appellationis ac confeſſionis feciſſe Cyrillu; mentioné?
Idem etiam ſentit & Auguſtinus ſuper Ioannem pręſenté
explicans locũ. Idé Cyprianus libro ſecũdo aduerſum Iu-
dęos cap. 5. Idem & Theophilus cui⁹ teſtimonium cum lati
ne in annotaméto a me prolatu; ſit gręce hic uolui adiũge
re. Sic enim ait. ὅρα δὲ τὸν ἄπιστον πρῶτον πῶς ἀπὸ τῆς ἁφῆς
τῆς πλευρᾶς θεολόγος ἄριστος ἀπεδείχθη, τὰς γὰρ δύο φύσεις καὶ τὴν μίαν
ὑπόστασιν τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ἐδίδαξεν ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν κύριον, τὴν ἀνθρω-
πίνην φύσιν, καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων καὶ κύριος λέγεται ὡς τὸ
κύριε εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν, διὰ δὲ τὸ εἰπεῖν ὁ θεός μου, τὴν θείαν
οὐσίαν. ἕνα μέντοι ἓν τὸν αὐτὸν εἶναι κύριον καὶ θεόν.
Sed; quid me hic torqueo cum de hoc loco facile nobis
Eraſmus cedat, atq; unum eſſe uelit ex eorum numero in
quibus Chriſtus manifeſte ſit deus appellatus. Quanquam
ita cedit ut a priore pertinacia neutiquam diſceſſiſſe ui-
deatur, nam ſic infert. Nolo enim eſſe argutus cum offen-
diculo infirmorũ. Ex quibus uerbis liquido pcipitur nõ illũ

ſimpliciter de Chriſto hunc locum intelligere, ſed ad tẽpus tantum ſimulare ne ſcandalum his qui recte ſapiunt, nã hos uocat infirmos, hinc poſſit exoriri. Atq; hęc cum dixerit nõ meminit in annotationibus ſuper hoc loco ita ſe olim ſcripſiſſe. Dominus meus & deus meus. Hic eſt locus in quo palam Euangeliſta Chriſto dei uocabulum tribuit. Nec eſt quod cauilletur hęreticus hoc a diſcipulo dictum. Agnouit Chriſtus utiq; repulſurus ſi falſo dictus fuiſſet deus pręſentij; cæteris audientibus diſcipulis. ¶ Quartus loc⁹ eſt ex Actuum apoſtolorum cap. 20. Attendite inquit Paulus uobis: & uniuerſo gregi in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regendam eccleſiam dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Hic autem duplicem tergiuerſationem eſſe poſſe Eraſmus ait. Primũ Chriſtum hic repeti poſſe ex eo quod paulo ante pręceſſit quod accepi a domino Ieſu &c. ut intelligamus eccleſiam dei patris quaſi familiam eius quam Chriſtus patri ſuo ſanguine aſſeruit. Deinde poſſe accipi ut pater filii ſãguinem ſuum appellet, propterea ꝙ ipſo autore filius pro ſalute mundi mortẽ obierit. His autem duabus tergiuerſationib⁹ nihil aliud Eraſmus agit niſi ut ex priore ſtupidus omnino appareat, ex poſteriore uero in Patri paſſianorũ hęreſim uideatur incidiſſe, ut uerũ illud eſſe cõprobetur, Dũ uitãt ſtulti uicia, in contraria currunt. Apparet enim ſtupidus ac plane truncus cum illud ſanguine ſuo ad Ieſum quod antea ꝑceſſerat cenſet referẽdum, cum poſt illam clauſulam ubi dicitur quod accepi a domino Ieſu, alia ſequatur præcedentem narrationem intercludens, nam ſic uidemus poſt illa tandẽ Paulum intuliſſe. Quapropter cõteſtor uos hodierna die qa mundus ſum a ſanguine omniũ, non enim ſubterfugi quominus annunciarem omne conſilium dei uobis. Sequit̃. Attendite uobis & uniuerſo gregi &c. non dixit Attendite igitur, ut hęc clauſula a ſuperioribus pendere uideatur, ſed abſolute hic incipit oratio. Attẽdite uobis & uniuerſo gregi &c. Videtur autem in Patripaſſianorum hęreſim Eraſmus incidiſſe cum ait, poſſe reſponderi patrem filii ſanguinem ſuum appellare propterea quod ipſo autore filius pro ſalute mũdi

mortem obierit. Nam ſi ſic eſſet poſſet etiam & filii paſſionē ſuā pater appellare. ac proinde dici ēt poſſet patrē eſſe paſſuꝫ qđ abſurdū eſt, cum ſolus filius quatenus homo eſt paſſus fuerit, ac ſanguinem effuderit, nō pater. Aut ſequeretur etiā ſi filii ſanguinem ſuum poſſet pater dicere, ut carnem quoqꝫ filii ſuam poſſet appellare quod ſe uidelicet autore filius fuerit incarnatus, quod ſi ſuam filii carnem dicere poſſet nihil uetaret quominus pater quoqꝫ dici poſſet incarnatus qđ alienum eſt a catholicæ eccleſiæ dogmatibus. Patet ergo Eraſmicam tergiuerſationem partim ſtultam eſſe, partim hęreticam ac blaſphemam. ¶ Ad quintum locum qui eſt ex epiſtolę ad Romanos cap. nono ubi dicitur. Quorum patres & ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem qui eſt ſup omnia deus benedictus in ſęcula amē, tergiuerſari poſſe aliquem Eraſmus ait ſermonem ſic eſſe diſtinguenduꝫ, qui eſt ſuper omnia, Deinde interiecto ſilentio uelut epiphonema adiectum deus benedictus in ſęcula, ut hęc clauſula ſit agē tis gratias patri qui Chriſtum præfecerit omnibus. Sed hæc tergiuerſatio nullius eſt momenti, Primum quod talis cōtextus ordinatio eſt nimis uiolenta. Deinde quod ut Chriſtum deum & hominem ſimul Apoſtolus oſtenderet propterea dixit ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, nō enim ocioſe addidit illud ſecundum carnem, ſed ut monſtraret illum qui ſecūdum quod homo ab illis patribus genus ducebat, deum eſſe ſuper omnia benedictum in ſęcula; Eſt igitur & ī hoc loco Chriſto attributa dei appellatio, qđ & ipſum ſic Origenes intellexit cum preſentem explicans locum cōtra Arrianos ſic exclamat. Et quid de hoc loco Apoſtoli facient in quo aperte Chriſtus ſuper omnia deus eſſe perſcribitur? Hilarius item libro quarto de trinitate cum paulo ante Apoſtolum citaſſet, ſed ex perſecutore inquit factus doctor eccleſiæ dixit quoꝝ patres ex quibus eſt Chriſtus qui eſt ſuper oīa deus. Idem libro .8. ſed non ignorat Paulus Chriſtum dn̄m dicens, quorum patres & ex quibus eſt Chriſtus qui eſt ſup omnia deus. Nō hic creatura in deū deputatur, ſed creaturarum deus eſt, qui ſuper oīa deus eſt.

Ambroſius preterea hæc ediſſerens ad Chriſtum refert dei uocabulum ab Apoſtolo hic poſitum. atq; idem ſenſiſſe uidemus & Auguſtinum libro ſecũdo de Trinitate capi. 13. ubi dicit ex hoc loco uelint nolint hereticos cogi filium fateri deũ. Quid qđ Eraſmus ipſe ut ſuiſmet telis aduerſarium obruamus in paraphraſi ſuper epiſtola ad Romanos locũ hunc iuxta ueterum orthodoxorum mentem interpretatur ſic inquiens. Ex quorũ ſtirpe Xp̃us ipſe naſci dignatus eſt ſm carnem ut hac certe parte iam illi uelint nolint propinq; cognatiq; ſint Chriſto qui longe præſtantior eſt patribus illis quorum titulis ſe ueditant. Siquidem illi quantum uis pii fuerunt, nihil aliud tamen quam homines fuerunt. At Chriſtus ſic eſt homo ut idem deus ſit non huius aut illius gentis peculiaris, ſed uniuerſorum deus præſidens omnibus cui ſoli debetur laus in omne æuum. Amen. Quæ cum ita ſint ferendum nequaquam eſt in ſuſpicionem Eraſmum traxiſſe textum apoſtolicum ſic enim in annotationibus hæc explicans uidetur ſcripſiſſe. Qui eſt ſuper omnia deus. Niſi hæc particula adiecta eſt ſicut quaſdam adiectas offendim⁹ hoc certe loco Paulus palam Chriſtum pronunciauit deum Nam quod ait Cyprianum aduerſum Iudeos libro ſecũdo capite quinto hunc locum adducere omiſſa dei mentione, ſic ſoluitur, potuiſſe Cyprianum hoc aſſumere bona fide ex græco aliquo exemplari ab hereticis corrupto quos uerius eſt credere dei uocabulum ab hoc loco reſecaſſe, quam latinos addidiſſe. Quanq̃ quomõ Cyprian⁹ omittere potuit dei mentionem qui in eo capite nihil aliud agit niſi ſcripturæ teſtimoniis Chriſti diuinitatem comprobare. Qui ex re librarii negligentia id potius in Cypriano accidiſſe credẽdũ eſt quam quod dedita opera ſic ille ut nunc legitur ſcripſerit. Cogendus item Eraſmus eſt eas partes oſtendere quas ſe adiectas ait offendiſſe, ut illis ſtudioſiſſime diſcuſſis tantis erroríb⁹ impoſterũ hõ liberetur ⸿ Sext⁹ eſt locus ex epiſtole ad Philippenſes capite ſecundo. Qui cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo. Hic Eraſm⁹ iam ſe ait declaraſſe & ab Ambroſio hoc ſecus enarrari quã

de natura diuina & humana, neq; eſſe hic proprie appellatiõ
nem de qua ipſe fecerat mentionem, neq; apertum dici poſ
ſe ubi uariãt orthodoxi. Sed qua frõte dicere audet ab Am
broſio hoc ſecus enarrari quam de natura diuina & huma-
na, cum Ambroſius præſentem ediſſerens locum id quod
a nobis in annotamento Eraſmo fuerat obiectum ſic dicat
Chriſtus ſemper in forma dei erat quia imago eſt inuiſibilis
dei, ſed Apoſtolus de dei filio cum incarnatus homo factꝰ
eſt tractat dicens, Hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ie
ſu, id eſt de deo & homine, qui cum in forma dei eſſet inter
homines utiq; conuerſatus geſtis & operibus apparebat eſſe
deus, forma enim dei & imago appellatus eſt, ut intelligere-
tur non ipſe pater eſſe deus. Hactenus Ambroſius, ex cuius
uerbis cum inquit, ideſt de deo & homine, de natura diuina
& humana hæc illum apparet enarraſſe, ac ex iis quę ſequun
tur propriam hic eſſe appellationẽ de qua Eraſmus fecit mẽ
tionem liquet apertiſſime, ait enim Ambroſius formã dei
nihil adeo differre. Ergo cum Apoſtolus dixit qui cum in
forma dei eſſet, tantundem eſt ac ſi dixiſſet, qui cum deus
eſſet. Eſt igitur propria hoc loco dei appellatio, quod
id confirmat quod ſtatim ſequitur non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe æqualem deo. Aſſerit enim Apoſtolus Chriſtum
ęqualem fuiſſe deo, ergo aperte deum Chriſtum appellauit
Neq; de hoc loco alicubi uariãt orthodoxi, ſiquidẽ Hilarius
libro octauo de trinitate in hunc eundem ſenſum apoſtoli-
ca hæc uerba contra Arrianos in teſtimoniũ adducit. Chry
ſoſtomus item in homiliis ſuper hanc epiſtolam ad Philip-
penſes ex his Apoſtoli uerbis Chriſti diuinitatem in hunc
modum contra Arrium cõprobat. Sic enim ait Τί δὲ πρὸς
ἄρειον εἴπωμεν λοιπὸν τὸν λέγοντα ἑτέρας εἶναι οὐσίας τὸν υἱόν. εἰπὲ
δὴ μοι τὸ μορφὴν δούλου ἔλαβεν τί ἐστιν· ἄνθρωπος ἐγένετο φησίν.
οὐκοῦν καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων θεὸς ἦν. μορφὴ γὰρ καὶ μορφὴ κεῖται·
εἰ τοῦτο ἀληθές, κἀκεῖνο. φύσει ἄνθρωπος ἡ μορφὴ τοῦ δούλου. οὐκοῦν
φύσει θεὸς καὶ ἡ μορφὴ τοῦ θεοῦ. dicit Quid autem ad Arrium
de cetero dicemus qui aſſerit alterius eſſe ſubſtantię filiũ? Dic
obſecro mihi formam ſerui accepit quidnam eſt. Homo fa-

ctus eſt īquit. Igͭ & ī forma dei exiſtēs deus erat. Forma.n.
& forma poſita eſt. Si hoc uerū eſt,& illud quoq; .Natura ē
hō forma ſerui. Igiͭ natura eſt deus forma dei. ℭ Septimus
locus eſt ex capite .20. epiſtolę ad Coloſſenſes ubi dicitur
Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corpora
liter. Quod Eraſmus ait pͤterquam quod negari poteſt appel
latio de qua ipſe facit mentionem, recipere & aliam interp̄
tationem, nimirum Chriſto datū a patre affatim quicquid
attinet ad humanam felicitatem, ut non oporteat nec a phi
loſophis, nec a Moſe, nec ab Euangeliſtis eam petere, quaſi
reperierit Paulus qđ paulo ante dixerat in quo ſunt oēs the
ſauri ſapiētię & ſcię abſconditi. Porro qđ addiͭ σωματικῶς
magis opponi umbris legis Moſaicæ quam referri ad natu
ram diuinam. Hęc Eraſmus putans ſubtiliter ſe hoc loco
philoſophatum. Sed tamen Eraſmicæ iſtę ſubtilitates facilli
me dilui poſſunt, nam cum dicitur, Quia in ipſo inhabitat
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, aperte Chriſtus eſt
ab Apoſtolo deus appellatus, nam ſi omnis plenitudo diui
nitatis in ipſo inhabitat, ergo pleniſſime deus eſt. Neq; repe
tit Paulus quod antea dixerat in quo ſunt omnes theſauri
ſapientię & ſcientię abſconditi, longe enim hęc uerba diſtāt
ab eo de quo nunc agitur, & multæ orationes perfectę ſeu
clauſulę ſunt intermediæ, poſt quas quaſi nouum incipiens
caput ſic ait Paulus. Videte ne quis uos decipiat per philo-
ſophiam & inanem fallaciā ſecundū traditionem hominū
ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum,
quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corpora
liter. Cum autem addidit corporaliter non ad umbras Mo
ſaicæ legis uidetur Apoſtolus Paulus attēdiſſe quod de ſuo
Eraſmus cōfingit, ſed ut doceret Chriſtum deū eſſe pariter &
hominem. Atq; in hunc ſenſum Ambroſius pręſentem ex-
plicat locum, ſic enim inquit. Quam ob rem cauendam mo
net traditionē iſtam quia mūdi cultrix eſt non dei qui unus
eſt, nec ad Chriſtum ſed a Chriſto abſtrahit in quo pfectio
diuinitatis eſt. Omnia enim quæ habet pater dedit filio cū
illum in plenitudine genuit diuinitatis corporaliter ut quia

D

ipſe caput eſt, creatura autem eius corpus eſt, quicquid puta tur poſſe cęleſtis natura, hoc totuꝫ plene in Chriſto eſſe cre datur. Idē. in epiſtola ad Sabinũ quę eſt epiſtolaꝝ ſuaꝝ qua drageſima Filium itaq; coęternum patris ſuſcepiſſe carneꝫ natuꝫ de ſpiritu ſancto & uirgine Maria ęqualē patri ſecūdū diuinitatem in dei forma, id eſt in omni plenitudine diuini tatis quę in illo habitat ut dixit Apoſtolus corporaliter. Hi larius pręterea libro octauo de trinitate Apoſtolica hęc uer ba pertractans. De mundo inquit eſt qui doctrinaꝫ hominū ſapit, & philoſophię præda eſt quiſquis Chriſtū uerum deū neſcit quiſquis in eo plenitudinem diuinitatis ignorat. Et infra. Habitans enim in Chriſto diuinitatis plenitudo cor- poraliter, nec ſingularis nec ſeparabilis eſt, dum nec ſe pati tur a corporali plenitudine corporalis plenitudo diſcerni, nec habitans diuinitas ea ipſa intelligi poteſt eſſe diuinitatis habitatio. Atq; ita xp̄s eſt ut corporaliter plenitudo diuinita tis in ipſo ſit, ſicq; uero in Chriſto ſit diuinitatis corporaliter plenitudo, ut in eo inhabitans nihil aliud intelligatur eſſe quam Chriſtus. ¶ Octauus locus eſt ex epiſtolæ ad Ti- tum capite ſecundo. Expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ad hæc autem ſic Eraſmus reſpondet, quod prætercquā quod ſermo palā eſt anceps hoc enim negari ut ipſe ait non poſſe, docuiſ ſe ſe Ambroſium priorem partem de patre interpretari, nō de filio. Sed quāquam Ambroſius de patre primam partem interpretet' non de filio, quotquot tñ reliqui eccleſię tracta- tores ſunt de filio interpretantur, non de patre. Si quidē Cy rillus libro theſauri duodecimo capite undecimo hunc lo- cum contra Arrianos producens ſic inquit. Si ſpes omniū Chriſtus eſt, & ipſe deus quoq; magnus & ſaluator eſt, quo modo non erit furor inter creaturas eum collocare? Hiero- nymus pręterea in commentariis ſuper epiſtolam ad Titū Chriſtum hic aperte deum appellatum intellexit cum hæc ediſſerens ſic inquit. Nos autem cū pudice & iuſte nec corpo re. ſ. nec mente peccātes uiximus in Chriſto, pie quoq; uiue- mus in hoc ſęculo q̄ pietas expectat beatā ſpem & aduentū

gloriæ magnī dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Sicu t.n. impietas magni dei reformidat aduentū, ita ſecura de ope re ſuo & de fide illum pietas pręſtolatur. Vbi eſt ſerpens Ar rius? Vbi Eunomius coluber: Magnus deus Ieſus Chriſt⁹ ſal uator dicitur non primogenitus omnis creaturę, non uer bum dei & ſapientia, ſed Ieſus Chriſtus, quæ uocabula aſ ſumpti hominis ſunt. Neq; uero alium Ieſum Chriſtu; aliū uerbum dicimus ut noua hęreſis calumniatur, ſed eundem & ante ſęcula, & ante mundum, & ante Mariam, immo ex Maria magnum deum appellamus ſaluatorem noſtrum Ie ſum Chriſtum &c. Chryſoſtomus item in homiliis ſup hác eandem epiſtolam hęc explanans ſic ait. Vbi ſunt qui patre minorem filium dicunt. Magni inquit dei & ſaluatoris. Ma gnus in deo cum dicitur nō relatiue ad aliquid, ſed abſolu te omnino dicitur magnus, poſt quem magnus rite nemo dicitur nō.n. ad aliquid dicitur. Quod ſi ad aliquid diceretur per comparationem non per naturam magnus eſſet. At nūc magnus incōparabiliter dicitur. hęc Chryſoſtomus. Quod cum ita ſit delenda eſt immo potius comburēda Eraſmi in hunc locum annotatio in qua ſic ait. Magni dei & ſaluatoris μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος. Id ita legi poteſt ut utrumq; per tineat ad Chriſtum dei & ſeruatoris, aut prius pertineat ad patrem poſterius ad Chriſtum. Chryſoſtomus utrumq; tri buit Chriſto & itē Hieronymus exultantes aduerſus Aria nos ceu uictores cum ſermo plane ſit anceps, immo ma gis pro illis faciat quam pro nobis. ℭ Ad Nonum lo cum qui eſt ex epiſtolæ ad Hebręos capite primo ubi dici tur. Ad filium autem. Thronus tuus deus in ſęculum ſæ culi, ſic Eraſmus reſpondet. Vt ne quid tergiuerſetur de autoritate huius epiſtolę, ut nec poſtulet ſibi ſuffragari ſer monis amphibologiam manifeſtam ut ſuo ſe ait indicatu rum loco, certe locum hunc ex ueteri teſtamento citatum eſſe cum ille loquatur de ſcripturis apoſtolicis quibus ipſi ſuis uerbis xp̄m prædicāt, quo quidē colore ait potuiſſe uti ſe in primo loco quē ex propheta Matthęus adduxerat. Hæc aūt ita diluunt, nullā uidelicet eē poſſe tergiuerſationē de

autoritate huius epiſtolę, nā licet olim de illi⁹ autore fuerit dubitatum & ſero ab eccleſia Romana appareat recepta, ex quo tamen iam recepta eſt & approbata, & Paulo Apoſtolo attributa, eandē habere ꝯſtat cū aliis Paulinis epiſtolis autoritatē, ex quo ſequitur ut ſi quis de illa hodie quouiſmodo dubitaret, non ſecus poſſet impius iudicari quam ſi alias ab eccleſia pro canonicis receptas ſcripturas traheret in dubium, cum pręſertim Cypriano, Hieronymo, Ambroſio, & Auguſtino teſtimonia ex hac epiſtola Pauli Apoſtoli noie citentur. Nec ſuffragari Eraſmo hic poteſt ſermonis amphibologia, cum nulla hic ſit ambiguitas in hebręo unde hu⁹ uerſus pendet intelligentia, ſed nominatiuus poſitus ſit pro uocatiuo quod peculiare eſt hebraici ſermonis cum careant illi quinto caſu, & per nominatiuum ſoleant uocare & exclamare, quod eſt proprium caſus uocatiui. Huc accedit q̄d nunquam in ſcripturis pater dictus eſt thronus aut ſedes filii, ſed quod filius una ſedeat cum patre. Neq; admittendū eſt quod Eraſmus ait hunc locum ſicut neq; primum quem ex Matthęo adduximus contra ſe facere propterea quod ex ueteri ſunt teſtamento: cum ipſe de noui teſtamenti libris fuerit locutus. Nam cum ab Euāgeliſtis & Apoſtolis doctoribus nouę legis relata ſint ex ueteri teſtamento in nouum teſtimonia, nouæ iam eſſe legis cenſenda illa ſunt, & ab ea autoritatem ſortita eſſe ut pro euangelicis & apoſtolicis debeant reputari, alioqui ſequeretur neceſſario ut quęcunq; Chriſtus de ueteri lege in euāgelio retulit, euangelicā autoritatem nequaquam habere dici poſſent, quod erroneū plane eſt cum doctrina ſit Euangelica & Apoſtolica quicquid in euangelio & Apoſtolorum libris continetur. Non eſt igit̄ Eraſmus audiendus cum in annotatione ſuper hoc loco ait incertum eſſe an hic ſit ſenſus O deus ſedes tua eſt in ſæculū ſæculi, an hic Ipſe deus eſt tibi thronus in ſęculum ſæculi, idq; ex ſermonis græci eſſe ambiguitate, cum neq; gręca littera nec hebręa hoc loco ſit ambigua niſi iis qui uſum loquendi ſacrarum litterarum in hebręo & græco ignorant de quorum numero Eraſmus eſt iſte Roterodamus ethni-

eorum autorum lectioni ſolum aſſuetus. Quod uel ex eo patet quod ipſemet fatetur priorem ſenſuȝ interpretes ſequi Quod ſi priorem ſenſum interpretes ſequũtur, iſte igitur eſt proprius & uerus apoſtolicorum uerborum ſenſus, non quē Eraſmus grammatiſta ſomniauit. ¶ Decimus & ultimus locus eſt ex capi. quinto primæ epiſtolæ Ioannis. Et ſimus in uero filio eius Ieſu chriſto, hic eſt uerus deus & uita ęter na, qui locus cum appellatione manifeſta Chriſti oſtendat diuinitatem, neſcio qua audacia ſic Eraſmus illũ audeat diſcutere, ait enim. Vt omittam alias tergiuerſationes non cogimur ut hoc accommodemus filio, poteſt enim hic eſſe ſenſus immo hoc ſenſiſſe uidetur qui ſcripſit. Et ſumus non in diabolo aut mundo uano & fallaci, ſed in uero patre & hoc per filium eius Ieſum Chriſtum per quem illi iũgimur hic enim pater eſt uerus deus & uita æterna fons omnium. Sed hæc tergiuerſatio ſtulta eſt pariter ac perfida aut ut ueriꝰ loquamur prorſus Arriana. Nā hęc nullo pacto ex ipſo con textu dictionum ad patrē poſſunt referri, ſed ad ſolum filiũ, ſic enim hęc apud Ioannem leguntur. Scimus quoniam ex deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt, & ſci mus quoniam filius uenit & dedit nobis ſenſum ut cogno ſcamus deum uerũ, & ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto hic eſt uerus deus & uita ęterna. Cum autem dixit hic eſt ue rus deus & uita ęterna ad filio eius quod immediate præcedit referendum eſt, non enim hic pronomen demõſtratiuum deum uerūȝ quod antea præceſſerat ideſt patrem refer re poteſt, cum oratio intermedia & ſimus in uero filio eiꝰ aperte illud excludat. Neqȝ quod dicitur & ſimus in uero ad patrem referri poteſt, cum illud uero adiectiuum ſit dictionis filio quæ ſequitur, & illud in prępoſitio utrumqȝ regens nomen ideſt uero filio, alioqui filio eius ſine adiectiuo & præpoſitione nuda eſſent omnino uerba & imperfectũ ſenſum reddentia. Neqȝ exponi poteſt filio eius ideſt per filium eius, cum uiolenta & falſa ſit hmōi expoſitio, ſed duo ſunt quę Ioānes dicit filium dei feciſſe, primum dediſſe nobis ſenſum ut cognoſcamus deuȝ uerum, deinde dediſſe nobis

ſenſum ut ſimus in uero filio eius hoc eſt in ipſomet Chri-ſto, qui uerus filius eius hoc eſt Chriſtus eſt uerus deus & uita ęterna. Quod autem de filio hæc dicta ſint non de pa-tre, ex Hieronymo apparet qui in explanationibus ſup Eſaiā capite ſexageſimo quito illud ex eodem propheta explanās Et qui iurat in terra iurabit in deo amē. ſic ait. Porro iuxta lxx qui pro amen deum uerū interpretati ſunt ut bn̄dicatus deus uerus, & qui iurant ſuper terram iurent deum uerū, nō ſecundum errorem Arrianorum referimus ad perſonam tā tum dei patris de quo ſcriptum eſt ut cognoſcant te ſolū ue rum deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ſed ad filium qui & ipſe uerus deus dicente Euangeliſta Ioanne. Venit fi-lius dei & dedit nobis mentem ut cognoſcamus uerum & ſi mus in uero filio eius Ieſu Chriſto iſte eſt uerus deus & ui-ta ęterna. Si. n. ſaluator de ſe loquitur Ego ſum ueritas, conſe quenter uerus deus a ueritate nomen accepit, ut nequaquam ſecundum falſos deos appelletur deus, ſed ſecundum uerū deū patrē & ipſe ſit uerus deus. Alioquin ſi nō eſt uerus erit idolo ſimilis, quod redundat in capita eorum qui Chriſtum deum uerum negant. Hactenus Hieronymus. Ambroſi⁹ itē libro primo de fide ad Imp. Gratianum cap. ſeptimo ſicde hoc ait. Accipe tamen quod etiam ſcripſerit Euangeliſta Io annes in epiſtola dicens. Scimus quoniā filius dei apparuit & dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus patrē & ſimus in ue ro filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt uerus deus, uita æterna. Ve rum Ioannes filium dei & uerum deum dicit. Ergo ſi uerus deus utiq; non creatus nihil fallax habens atq; fucatum, ni-hil confuſum atq; diſſimile. Hęc Ambroſius. Quo magis ap paret Eraſmi pertinacia & neſcio an uerius dicenda ſit impie-tas qui cum orthodoxi eccleſiæ tractatores de filio dei a Ioanne hęc dicta afferant, de patre illa eſſe dicta non tantū contendit, ſed quod grauius eſt eum qui hanc epiſtolam cō ſcripſit id eſt Euangeliſtam Ioannem id ſenſiſſe uideri ait qđ ipſe ſtatim infert, quod an conſonet cum recta eccleſiæ fide eruditorum eſto iudicium. ¶ Vt autem concludamus cum in hiſdecem locis dei uocabulum apte ſit tributum Chriſto

cum de nullo iſtorum decem locorum ambigāt aut uarient orthodoxi, cū eoꝝ nullus ab allegoriis dependeat, cū de aliquo illorum tergiuerſari nemo poſſit niſi pertinaciſſimus is ſit ac plane Arrianus, cuꝫ ueteres ſcripturę quatenus ab Apoſtolis ſunt pertractatę Apoſtolicę dici poſſunt, cum duo aut tria non pro paucis, ſed pro determinato numero Eraſmꝰ dixerit quod ex exceptiua dictione pręter in annotamēto ſuo poſita apparet manifeſte, id quod in Apologia confirmat cū inquit iuxta rationem ſuam uix opinari ſe duos locos poſſe inueniri, eat nunc Eraſmus, & lectas a ſe ſacras ſcripturas, aut abſq; Arrianę impietatis ſuſpicione hos locos ab eo eſſe in Apologia diſcuſſos, catholicis & eruditis uiris ſi poteſt perſuadeat.

ANNOTATIO SECVNDA.

EX Actuum cap. 4. Vetus trāſlatio, Cōuenerunt. n. uere in ciuitate iſta aduerſus puerū tuū Ieſuꝫ Herodes & Pōtius Pilatus. Eraſmꝰ in ānotationibus. Stomachaẗ hoc loco Valla quod Ieſu filio dei ſerui cognomen tribuerit interpres, quamq̃ & puer apud latinos filium ſignificat ſed infrequenter, ſeruum frequentius frequentiſſime ętatis primę hominem. At Chriſtꝰ cū ſalutē adferret puer non erat & ſerui appellatio in hunc non conuenit etiam ſi obediuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominem ſed ut filius non ut ſeruus. Proinde uertendū erat hic παῖδα filium nō pueꝝ.

¶ Stunica, Non hic παῖδα uertendum erat filium, ſed puerum, ut uetus interpres traduxit idq; ſeruum ſignificat. Recteq; Chriſtus ſeruus dei dicitur ſecundum humanitatem aſſumptam. Vnde & diuus Hieronymus exponens illud ex Eſaię .42. quod Matthęus citat cap. 12. ideſt. Ecce puer meus quem elegi. quod hebraice dicitur. Ecce ſeruus meus & cętera, ſic ait. Nec mirū ſi ſeruus uocetur factꝰ ex muliere factuſq; ſub lege, qui cū in forma dei eſſet hūiliauit ſe formā ſerui accipiēs & habitu inuētꝰ ut homo. Idē in libro .ii. quęſtionū ad Algaſiam quęſtione ſecunda eūdē ex Eſaia locū ediſſerens ſic ait. Puer igiẗ dei omnipotentis iuxta diſpenſationem carnis aſſumptæ qui ad nos mittitur ſaluator

eſt appellatus ad quem & in alio loco dicit pater, Magnum tibi eſt uocari puerum meum ut congreges tribus Iacob. Idem in prologo libri,17.commentariorum ſuper Eſaiam Puer autē domini inquit ille eſt cui pater loquitur in Eſaia. Magnum eſt tibi uocari puerum meum.Et in alio loco. Ecce puer meus quem elegi & dilectus meus in quo complacuit ſibi anima mea.Idem in commentariis ſuper ps. illud ex pſalmo 68.edifferens.Et ne auertas faciem tuam a puero tuo.Vox inquit Chriſti ad patrem qui formam ſerui accepit ut ait Propheta. Magnum eſt tibi uocari puerum meum. Idem in commentariis ſuper epiſtolam ad Titum capite.i, Nec mirum inquit quamuis ſanctos homines tamen dei ſeruos nobiliter appellari cum per Eſaiam prophetam pater loquatur ad filium. Magnum eſt tibi uocari puerum meum qđ græce dicitur μέγα σοί ἐστι κληθῆναι παῖδά μου Puer autē hoc eſt παῖς quia poteſt ſecundum græcos & famulū & filium ſignificare,in hebręo quæſiuimus & inuenimus nō filium meum ſcriptum eſſe,ſed ſeruum meum.i. Abdi unde & Abdias propheta qui interpretatur ſeruus domini ex famulatu dei nomen accepit.Si moueat quempiam dominū ſaluatorem qui uniuerſitatis eſt conditor ſeruum dei dici, non mouebitur ſi ipſum ad Apoſtolos audiet loquentem. Qui uoluerit inter uos eſſe maior,ſit omnium ſeruus.& Filius hominis uenit non ut miniſtraretur ſibi,ſed ut miniſtraret. Quod ne docere tantum uerbis uideretur monſtrauit exēplo. Aſſumpto quippe linteo accinxit ſe,& aqua peluim replens diſcipulorum pedes lauit.Non eſt itaq; impium credere eum qui formam ſerui aſſumpſerat hæc feciſſe quæ ſerui ſunt,ut paternæ uolūtati ſeruiſſe dicatur, cum ſeruis ſuis ipſe ſeruierit.Hactenus Hieronymus.Deniq; Ambroſius epiſtola.7 ſupra quadrageſimā cuiuſdam Apollinariſtæ hæretici errorem confutat,qui non poterat audire quod dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis ſeruitutē ſuſcepiſſet in corporis humani ſuſceptione quod diceret formam illum ſerui iuxta apoſtolum Paulum ſuſcepiſſe, non ſeruum alicubi lectum, multiſq; ſacræ ſcripturę teſtimoniis docet Chriſtum

dominum in quantum hominem ſeruũ dei recte ac pie dici poſſe. Illudq; Apoſtoli formam ſerui accipiens, plenitudinẽ naturę & perfectionis humanę ſignificare, ſicut illud qui cũ in forma dei eſſet, in plenitudine diuinitatis in illa perfectionis diuinæ expreſſione ſignificat. Quę cum ita ſint uiderit Eraſmus qui ſe theologum uocat ne cum dixit ſerui appellationem in Chriſtum non conuenire, in Apollinariſtarum errorem inciderit. Nam quod ſtatim ſubiunxit Chriſtũ tamet ſi obediuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominem, ut filium tamen patri obediſſe non ut ſeruum, uidendum eſt etiam ne Arrium redoleat. Cum enim filius ęqualis ſit patri, & obedientia ac ſubiectio minoritatem deſignet, palam eſt Chriſtum non ut filium patri obediſſe & ſubditum fuiſſe, ſed ut ſeruum, hoc eſt iuxta aſſumptum hominem. Sed hæc & alia quampluri ma huiuſcemodi ex Eraſmi annotationibus quę nõ nihil impietatis præſeferũt, niſi potius ignorantia credenda eſt ſecundo operi reſeruamus.

¶ Eraſmi ad Stunicam reſponſio.

Conuenerunt enim uere in ciuitate. Quod gręcis hic eſt παῖδα malebam filium uerti quam puerum, idq; ex ſententia Vallę. Scio Hieronymum multis locis contendere in Chriſtum competere nomen ſerui. Contra qui ſcripſit commentarios in epiſtolam ad Hebræos qui Chryſoſtomo tribuuntur, non patitur hoc cognomen tribui Chriſto. Et Ambroſius non probat eos qui Chriſto ſerui formam aſcribũt quod humanam naturam aſſumpſerit, ſed quod uelut ſeruus flagitioſus cæſus ſit & in crucem ſuffixus. Verum huic contentioni me nõ admiſceo. Ego negaui in Chriſtum competere ſerui cognomen, quomodo non competebat in Apoſtolos. Iam non dicam uos ſeruos. ſed amicos. Chriſtus obediuit non ut ſeruus, ſed ut filius, obediuit enim ſponte, ex charitate, non metu. Neq; uideo cur abhorreamus ab eo ut Chriſtus iuxta naturam dicatur ſeruus, cum ſit homo, neq; rurſus cur hoc ualde contendamus præſertim cum ex ſacris litteris hoc cognomen nec aſſeri certo poſſit, nec abrogari, quandoquidem ut παῖς gręcis uox eſt anceps, ita ſiũt &

huic reſpondentem hebræam. Sed quoniam hac de re
reſpondimus iam pridem Leo, non arbitror operæpretium
hic repetere quę ſcripſimus, tm̄ attingã quę peculiariter ad
duxit Stunica, qui cũ antea tantum ageret grãmaticũ, nunc
minatur neſcio quid theologicum, ac mihi tanq̃ theologo
nã hoc nomine ut ille ait me iacto, denũciat periculum du
plicis hęreſeos ſi negem Chriſtum fuiſſe ſeruum, alterius
quæ eſt Apollinariſtarum, alterius quę eſt Arrianorũ. Quaſi
quiſquis negarit in ſcripturis Chriſtum appellatũ ſeruum, is
illi detrahit naturam humanam, aut quiſquis dicat Chriſtũ
obediſſe patri uſq; ad crucem ut filium, ſentiat cum Arria-
nis qui negant filium patri æqualem. Atq; ut huius Stuni
cæ non minus petulans quam indocta maledicentia li-
queat omnibus, ipſius uerba ſubſcribam. Cum enim ci-
taſſet ſummam eorum quæ Ambroſius diſſerit in epiſtola
xlvii. ſubiicit. Quæ cum ita ſint uiderit Eraſmus qui ſe
theologum uocat, ne cum dixit ſerui appellationem in
Chriſtum non conuenire, in Apollinariſtarum errorem in
ciderit. Nam quod ſtatim ſubiunxit Chriſtum tamet ſi obe
diuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominem ut
filium tamen patri obediſſe non ut ſeruum, uidendũ eſt ne
Arrium redoleat. Quum enim filius ęqualis ſit patri, & obe
dientia & ſubiectio minoritatẽ deſignet, palã eſt Chriſtum
non ut filiũ obediſſe & ſubditũ fuiſſe, ſed ut ſeruũ, hoc eſt
iuxta aſſumptũ hoiem. Hęc tam ſtolida poſtq̃ euomuit, bel
lam addit clauſulam. Sed hæc inquit & alia quamplurima
huiuſcemodi ex Eraſmi ãnotationibus quę nõ nihil impie
tatis pręſe ferunt, niſi potius ignorantia credenda eſt, ſecun
do operi reſeruamus. Hactenus Stunica, qui quandiu conti
nuit ſeſe intra cancellos annotationũ Nebriſſenſis, habuit
aliquid utcunq; dignum lectu. At poſtq̃ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα
πηδήσας; ſe præbere cępit organũ alicui ſycophantę ψευδο
μονάχου, nec enim aliud ſuſpicari poſſum quã hunc hiſtrio
nem ſubornatum qui conductus fabulam ageret, miſerabili
ter delirat. Primum ego nuſquam contendo Chriſtum nõ
poſſe dici ſeruum dei qui ſe facit miniſtrum omnibus. Non
uenit inquit filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare. Sed

eadem inquit ratione dicitur ſeruus, qua dicit̃ homo. Equidem nec in pręſentia magnopere cupio refellere tametſi
diuerſum docet Ambroſius enarrans epiſtolã ad Philippenſes caput ſecundum, ipſius uerba ſunt hęc. Formam tamen
dei nõ accepiſſe dicitur, ſed eſſe in forma dei. Serui autẽ formam accepiſſe dum quaſi peccator humiliatur, ſerui autem
ex peccato fiunt, ſic Cham filius Noe qui primus merito nomen ſerui accepit. Audis lector quod Ambroſius nõ tribuit
Chriſto nomen ſerui quod aſſumpſerit hominẽ, ſed quod ſuſceperit iniurias humanę naturę peccatis obnoxię. Ac ne
putes hoc eſſe meum cõmentum, audi quid mox ſequatur.
Non enim mihi ſicut quibuſdam uidetur ſic formam ſerui accepiſſe dum homo natus eſt. Atq; inibi continenter ſequitur. Vide enim quid dicat, hoc ſentite in uobis quod & in
Chriſto Ieſu. i. deo & hoie. Ante incarnationẽ. n. aut Chriſtꝰ poteſt dici, aut Ieſus, quia ſimul ambo noia & hoīs filiũ &
dei filiũ ſignificant. Nam ante natiuitatẽ quid dicit inter cętera. Petra aũt erat Chriſtus. Et nõ tẽtemus Chriſtũ ſicut quidam tentauerunt. Vbi ergo aut deuz aut hoiem uult ſignificare ſcriptura unũ e duobus ponit aut Ieſum, aut Chriſtum
Hactenus Ambroſius. Hęc uerba quorſuz attinẽt niſi ut naturã in xp̃o ſignificãtes utrãlibet, aut Ieſuz dicamus aut xp̃z,
iniurias acceptas ſignificare uolẽtes, dicamꝰ ſeruũ. Ante ſuſceptũ hoiez ſeruꝰ dici nõ poterat, poſt depoſitã mortalitatẽ ſeruus appellari deſiit. Hęc ſenſiſſe uidet̃ qui hęc ſcripſit quiſquis fuit. Nam mihi ſubolet pãnum eſſe aſſutum cõmentariis Ambroſianis qualem nũc habemus gloſſam ordinariã.
Sed in epiſtola damnat hęreticos eum qui negabat Chriſtũ
dici ſeruum. Primum diſpiciat calumniator utri malit eſſe plus ponderis cõmentario ſacro an epiſtolę quã miſit amico. Et tñ ſi quis ꝓpius introſpiciat, idẽ Ambroſius ſentit in
epiſtola qđ docet in cõmẽtariis. Hęreticus ille negabat ꝓm
uere paſſũ. At uere pati nõ potuit, niſi uerus fuiſſet hõ Quatenus paſſus ẽ ſeruus eſt dictꝰ, ſm humanã naturã paſſus ẽ, ita
fit ut qui nõ fatet̃ uere paſſũ inficiet̃ hoiem uerũ fuiſſe. Nec
tñ protinus cõſequit̃ ſeruũ fuiſſe dictũ ſimplr̃ quatenus erat

homo,poterat enim eſſe homo,& tamen immunis ab affli
ctionibus & ſupplicijs.Quin in eadem epiſtola ſic uult Chri
ſtus dici ſeruũ,ut dictus eſt pctũm,maledictio,& opprobriũ:
Hæc in eũ nõ cõpetebãt niſi fuiſſet hõ, & tñ nõ cõpetebãt
quatenus erat homo,poterat.n.eſſe hõ,nec eſſe tñ peccatũ.
Atq; hoc eſt magnificũ lemma quo me facit Apollinariſtã
egregius cenſor meus Stunica.Nunc uide quibus argumẽ
tis me faciat Arrianum.Obediuit inquit Eraſmus ac ſubdit⁹
fuit,ſed non ut ſeruus,uerum ut filius,ſed filius æqualis eſt
patri,non fuit igitur ut filius patri ſubditus. O acumẽ omni
quod ait Hieronymus piſtillo retuſius,tot locis Paulus ac
Ioannes uocant in Chriſto renatos filios dei, & Chriſtus
quatenus erat homo,non dicetur filius dei, præſertim cum
in euangelio Chriſtus ipſe ad hanc calumniam reſpõderit?
Filius dei æqualis eſt patri,& filius dei minor eſt patre,pro
pterea quod Chriſtus duplici ratione dicitur filius dei, natu
ra,& gratia.Verum ut cunq; accipias filiũ dei, nihilo magis
hæreſim ſonat hoc proloquiũ filius dei ſubdit⁹ fuit patri,q̃
hoc filius dei mortuus ac ſepultus eſt. Nec interim tamen
perpetuo uerum eſt quod aſſumit Stunica minorem eſſe
quiſquis obediſſe dicitur, aut ſubditus eſſe.Ieſus paruit ac
ſubditus fuit Mariæ & Ioſeph utroq; maior. Vt igitur finiã,
ſi ſeruus dicitur qui metu mali & cõditionis neceſſitate ſuo
fungitur officio,Chriſtus abſurde diceretur ſeruus,ac ne nos
quidem quoties afflati ſpiritu filiorum in quo clamamus
Abba pater ultro quæ ſunt pietatis expetimus.Sin ſeruus ap
pellatur addictus cultor ac diligens exequutor alienæ uolũ
tatis,nihil prohibet Chriſtum iuxta naturam humanam uo
cari ſeruum dei,ſed ita ut nihil interim uetet eundẽ iuxta na
turam eandem uocari filium dei,quod nullo metu ſed cha
ritatis impetu uolens paſſus ſit.Habes impudẽtem Stunicæ
calumniam, et his ſimilium annotationum pollicet̃ op⁹
alterum.At ego malim eſſe obnoxius alicui opinioni hære
ticæ ſimplici quidem intellectus errore, quod accidiſſe ui
demus Hieronymo,Cypriano aliiſq; probatiſſimis orthodo
xis, quam laborare morbo quo uiſus eſt laboraſſe quiſq;

hæc ſcripſit. Alterutrum enim conſequitur, ut aut ipſe fuerit impudenter ſycophanta, aut talibus locarit operā ſuam. Egon Chriſto adimo naturam humanam qui tot libris meis illam adoro? Egon facio Chriſtum iuxta diuinā naturam inferiorem patre, qui toties deteſtor Arrianos? Egone defendi ab hæreſi, defendat ipſe ſeſe a ſuſpicione peruerſę ac maliciosæ calumni. Vocet me Batauum, appellet rudem, craſſum, hebetem, ignarum, ſtipitem, plumbeum, caudicem non admodum commouebor, quis ferat ex talibus lēmatus, uelut a ſcurra perfrictę frontis impingi ſuſpicionem generis hæreſeos & eiuſmodi, non quę lędat pontificem, aut decreta ſcholaſtica, ſed ipſū Chriſtum? Nec dubito quin hic Stunica ſibi perquam facetus ac ſalſus eſſe uideatur.

¶ Stunicę in Eraſmum recriminatio.

Actuum capite. 4. Conuenerunt. n. uere in ciuitate iſta aduerſus puerum tuum Ieſum Herodes & Pontius pilatus. Dixerat Eraſmus in annotationibus ſerui appellationem in Chriſtum non conuenire etiam ſi obediuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominem, ſed ut filium nō ut ſeruum. Proinde uertendum fuiſſe hic παῖδα filium non puerum. Hic ego per multis ex Hieronymo allatis teſtimoniis oſtendi recte hoc loco ueterem interpretem traduxiſſe cum dixit puerum tuum, immo non aliter tranſferre debuiſſe quod ex ſacris ſcripturis ueteris inſtrumenti aperte comprobatur ubi puer dei ideſt ſeruus Chriſtus dictꝰ eſſe uidetur Eſaię. 42. Ecce puer meus quem elegi, quod ſignificantiꝰ hebraice dicitur abdi, ideſt ſeruus meus. & Eſaię. 49. Parum eſt tibi uocari puerum meum ad congregandas tribꝰ Iacob & fęces Iſrael conuertendas? Vbi pro puerum meum hebraice etiam dicitur abdi, ideſt ſeruū meū. Et ps. 68. & ne auertas faciem tuam a puero tuo, ideſt abdecha hoc eſt ſeruo tuo. ac ex Ambroſianis etiam epiſtolis oſtendi Apollinariſtę cuiuſdam impietatem qui non poterat ſibi perſuaderi Chriſtum dominum in corporis humani ſuſceptione ſeruitutem ſuſcepiſſe, ab Ambroſio epiſtola. 47. aperte reprobatam. ex quibus omnibus collegi cauendum Eraſmo eſſe qui ſe theolo-

gum uocat ne cum ſerui appellationem dixit in Chriſtum non conuenire in Apollinariſtarum errorem uideretur inci diſſe. Cumq; item iniunxit Chriſtum tametſi obediuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominem, ut filium ta men patri obediſſe & ſubditum fuiſſe non ut ſeruum, uidé dum etiam eſſe ne Arrium redoleret. Nam cum filius æqua lis ſit patri & obedientia ac ſubiectio minoritatē deſignet palam eſt Chriſtum non ut filium patri obediſſe & ſubditū fuiſſe ſed ut ſeruum, hoc eſt iuxta aſſumptum hominē. Ad hæc Eraſmus longiſſima oratione ſic in Apologia reſpon det ut dū priores laqueos nititur effugere, arctioribus ſe de nuo innexuiſſe uinculis appareat. Ait.n. ſcire ſe Hieronymū multis in locis contendere in Chriſtum competere nomen ſerui, at contra qui ſcripſit commentarios in epiſtolam ad hebræos qui Chryſoſtomo tribuūtur (non.n. iam uult illos eſſe Chryſoſtomi commentarios) non pati hoc cognomen tribui Chriſto, & Ambroſium non probare eos qui Chriſto ſerui formam aſcribant quod humanam naturā aſſumpſe rit, ſed quod uelut ſeruus flagitioſus cęſus ſit & in cruce ſuf fixus, uerum huic contentioni ſe non admiſcere. Quaſi iſta aliqua in parte Eraſmo poſſint ſuffragari. Nam cū Chryſo ſtomus non patitur hoc cognomen tribui Chriſto, nō xp̄i humanitatem ille intelligit ſecundū quam non ignorabat multis in locis ſcripturę Chriſtū dictū eſſe ſeruum, id quod in primis ex eius commentariis in epiſtolam ad Philippen ſes apparet, ſed in filiū dei eā appellationē nō competere aſ ſeruit Chryſoſtomus, quod contra Arriani hæretici affirma bant qui filium quatenus filium dictum eſſe ſeruum impie ac hęretice aſſerebant. Neq; ex Ambroſii cōmentario Eraſ mus adiuuatur, non.n. cū diſtinctione aliqua Eraſmus eſt locutus, ſed abſolute dixit ſerui appellationem in Chriſtum non conuenire. Vnde cū in Apologia ait ſe negaſſe in Chri ſtum competere ſerui cognomē quomodo non compete bat in Apoſtolos iam non dicā uos ſeruos ſed amicos, ma nifeſte ſibiipſi contradicit, cum huius rei nullam in annota

mento fecerit mentionem. Deinde non ſequitur Apoſtolos noluit iã uocare ſeruos, ergo ſerui Apoſtoli non ſunt, alioqui cur ſe in epiſtolis ſeruos dei & Chriſti ſeruos Apoſtoli ſæpiſſime appellãt. Ac multo minus ſequitur quod Apoſtolos dixerit iam non ſe dicturum ſeruos, ſerui appellationem non cõpetere in Chriſtũ. Nam licet ſponte ſua Chriſtus obedierit & ex charitate nõ ex metu, non tamen ut filius dicendus eſt patri obediſſe ſed ut ſeruus. Nõ enim Chriſtus ſeruus in ſcripturis appellatur quales ii ſunt ſerui qui ſecundũ humanas leges mãcipia dicuntur, ſed quales omnes homines ſunt qui licet mundo liberi ac ſui iuris eſſe uideantur, deo tamẽ ſerui ſunt ratione creationis. Siquidem martyres ſpõte ſua & ex charitate ac dei amore nõ coacti tormẽtis ac morti ſeipſos offerebant, & tñ nõ deſinebant dei eſſe ſerui. Fallitur item Eraſmus cum dicit hoc cognomen ex ſacris litteris nec afferi certo poſſe nec abrogari, quandoquidem ut παῖς græce uox eſt anceps ita dici & huic reſpondentẽ hebræã, cum dictio Ebed quæ græce dictioni παῖς reſpondet ita proprie ac ſolum ſeruum ſonet, ut filium nuſq̃ poſſit ſignificare, non magis quam apud græcos dictio δοῦλος quæ ſeruum perpetuo ſignificat. Quod ſi nobis tametſi hebraicæ linguæ aliquantulã notitiã tenentibus Eraſmus diffidit interroget eos quos illius linguæ peritiores arbitraẽ. Quãquam non opus eſt ut alios conſulat præter ipſum Hieronymum quem hebraicę linguę fuiſſe peritiſſimum non poteſt Eraſmus pernegare. Is autẽ in cõmentariis ſuper epiſtolam ad Titum ut a nobis eſt in annotationibus allatum, Nec mirum inquit quamuis ſanctos homines tamen dei ſeruos nobiliter appellari, cum per Eſaiam prophetam pater loquatur ad filium. Magnum eſt tibi uocari puerum meum, quod græce dicitur μέγα σοί ἐστι κληθῆναι παῖδά μου. Puer aũt hoc eſt παῖς quia poteſt ſecũdũ gręcos & famulũ & filium ſignificare in hebręo quæſiuim⁹ & inuenimus nõ filiũ meũ ſcriptũ eſſe ſed ſeruũ meũ id eſt Abdi, unde & Abdias propheta qui interpretatur ſeruus domini ex famulatu dei nomen

accepit.Hactenus Hieronymus ex cuius uerbis apertiſſimè
patet hebraicam dictionem quę grecę uoci παῖς reſpõdet
non ut illam eſſe ancipitem quod Eraſmus male a Theſeo
ſuo Oecolampadio edoct⁹ ſomniauit, ſed uni⁹ tantũ ſigni
ficantiæ & ſeruitutem ac famulatum ſolum mõ ſonare. Bel-
lum autem quod exiſtimat homo miris modis ſuſpicioſus
alienam me fabulam hoc loco agere conductum. Quaſi is
ſit Stunica qui operam ſuam litterariam aliis ſoleat locare,
aut quaſi in aliquorum gratiam ac non poti⁹ ut catholicæ
ueritati patrocinaremur hęc & alia huiuſmodi contra Eraſ-
mum ſcribenda deſumpſerimus, quod tunc uel coactus ſen
tiet Eraſmus, cum tres illos libros uidebit in publicum pro
dire quib⁹ impietates ſuas omnes ac blaſphemias ualidiſſi-
mis argumentis confutamus. Sed uide ut ſeſe ab obiectis ni
tatur explicare. Primũ inquit nunq̃ contendo xp̃m nõ poſ
ſe dici ſeruum qui ſe facit miniſtrum omnibus, Nõ uenit in
quit filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare. Sed quomo-
do hoc nunquam ſe contendiſſe dicere audet qui in anno
tatione ſua ſic ſcripſit. At Chriſtus cum ſalutẽ adferret puer
non erat, & ſerui appellatio in hunc non conuenit. Abſolu
te dixit ſerui appellationem in Chriſtum non conuenire, &
nunc ait ſe nuſquam contendere Chriſtum non poſſe dici
ſeruum dei? Quę maior mihi gloria poteſt obuenire quam
inflatiſſimum hominem ac omnia ſibi prorſus arrogantẽ
ad apertam contradictionem hoc loco pertraxiſſe? Quanq̃
non hęc ſtudio tantum ueritatis quam faſcium metu appa
ret illum recantaſſe. Proſequitur Eraſmus. Sed eadem inquit
ratione dicitur ſeruus qua dicitur homo, equidẽ nec in prę
ſentia magnopere cupio refellere tametſi diuerſum docet
Ambroſius enarrans epiſtolę ad Philippenſes capitulum ſe
cundum, ac deinde affert Ambroſii uerba quę tandem nec
eſſe Ambroſii ſuſpicatur, ſed pannum eſſe aſſutum commẽ-
tario Ambroſiano. Quaſi hoc loco qua parte Chriſtus dica
tur ſeruus uoluerim ego pertractare an iuxta humanitatem
uidelicet aſſumptam an dum quaſi peccator humiliatur,
ac non potius Eraſmicam impietatem refellere, qui ſimpli

citer aſſeruit ſerui appellationem in Criſtum non conueni-
re Quanq̃ in epiſtola illa.47.aperte Ambroſius fatetur ſecũ
dum carnis ſubſtantiam ſerui nomen Chriſto conuenire.
Ait enim. Etenim ſecundum formam ſerui locutus domi-
num uocauit quem patrem nouerat æqualis in dei forma,
ſeruum ſecundum carnis ſubſtantiam ſe prædicans. ſeruitus
enim carnis dominatus autem diuinitatis eſt. Quid potuit
ab Ambroſio apertius dici ad demonſtrandum ſeruum dei
Chriſtum eſſe dictum quatenus humanitatem aſſumpſerat?
Et tamen pergit Eraſmus ut eſt omnium hominum pertina-
ciſſimus, ac non eiuſdem autoritatis eſſe uult epiſtolã quam
Ambroſius ſcribit amico cuiꝰ factum eſt illius cõmentariũ,
factum nunc appellans quod paulo ante dixerat ſibi ſubole
re pannum eſſe aſſutum commentariis Ambroſianis qualẽ
nunc habemus gloſſam ordinariam. Quid autem uetat ean
dem autoritatem Ambroſianis eſſe epiſtolis & eiuſdem cõ
mentariis, iiſdem præſertim epiſtolis quibus non de rebus
familiaribus ſed de ſcripturarum intellectu illũ apparet per-
tractaſſe? An nõ ex Cypriani, Hieronymi, Auguſtini, & Am
broſii epiſtolis theologis teſtimonia citantur, & decretis
pontificiis capitula uidemus interiecta? Tantum autem abeſt
ut minoris ponderis epiſtola illa commẽtario eſſe dici poſ
ſit, ut cõmentario potius illi uideatur eſſe præferenda, im-
mo commẽtariũ illud p eã epiſtolã ab Ambroſio correctũ
haud immerito poſſemus affirmare. Agit enim in epiſtola
fidei cauſam dum Apollinariſtæ illius hæretici inſaniam re
fellit, & permultis ex ſacra ſcriptura teſtimoniis allatis ſer
uum dei Chriſtum iuxta humanitatem aſſumptam recte ac
pie dici poſſe euidentiſſime demonſtrat. Neq; ſiquis propius
introſpiciat, idem Ambroſius ſentit in epiſtola quod docet
in commentariis quod Eraſmus falſo ad Ambroſium refert
Non enim ſecũdum quod paſſus eſt Chriſtus ſeruum dictũ
eſſe Ambroſius aſſeruit, ſed ſimpliciter dictum eſſe ſeruum
quatenus erat homo, id quod ex uerbis eiuſdem paulo ante
a nobis citatis liquido apparet, & ex his quę in ſequentibus
retulit, apud quem ſic etiã in eadem epiſtola legimus. Seruus

ſũt factus legiſq; legiſ factus ex uirginē & creat⁹ in carne. Omnis enim creatura ſeruit dicente propheta. Quia uniuerſa ſeruiunt tibi. Nec in eadem epiſtola ſic uult Ambroſius Chriſtum dici ſeruum, ut dictus eſt peccatum maledictum & opptobrium quod perperam ut omnia ſolet Eraſmus intellexit, ſed cum dictus eſſet peccatum, maledictum, & opprobrium, nihil eſſe quod uetaret quin dici etiam poſſet ſeruus; Et quid plura inquit an infirmius putamus ſeruitium eſſe, quam peccatum, quam maledictum, quaꝫ opprobrium, quã infirmitates quas pro nobis ſuſcepit ut a nobis auerterētur? Quid quod & idē Ambroſius in libro ſecundo de fide ad Imperatorem Gratianum capite quarto Chriſtum quatenus humanam carnem ſuſcepit ſeruum dictum eſſe ait, ſic enim illic legitur. Vnde addidit formam ſerui accepit. Cõtrarius utiq; ſeruus ęquali. Equalis ergo in dei forma, minor in ſuſceptione carnis & hominis paſſione. Quod quid aliud eſt quam aperte dicere Ambroſium, ęqualem eſſe Chriſtũ quatenus deum, minorem uero quatenus ſeruum ideſt hominem. Idem in prologo libri primi de ſpiritu ſancto ad eundem Gratianum de hęreticis loquutus Quod ſi ſecundum carnem inquit in ſerui forma conſentiunt Chriſtum fuiſſe, conſtat & conuenit. Hilarius pręterea Chriſto ſecundum humanitatem ſeruitutis attribuit cognomen. Sic enim ait illud ex ꝑs.68. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo ediſſerens. Omnia ut homo patitur & loquiſ. Nam ex ſuſceptione carnis & puer eſt ſecundum illud Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Idem libro decimo de trinitate. Nam quomodo filius dei hominis filius erit natus, uel manens in dei forma formam ſerui acceperit, ſi non potente deo uerbo ex ſe & carnem intra uirginem aſſumere & carni animam tribuere, homo Chriſtus Ieſus ad redemptionem animę & corporis noſtri perfectus eſt natus, et corpus quidē ita aſſumpſerit, ut id ex uirgine conceptum formam eum eſſe ſerui effecerit? Hieronymus item pręter teſtimonia in annotamento meo ſuperius citata illud ex pſalmo.34. Qui uolunt paceꝫ ſerui eius in cõ

mentariis explicans, ſic inquit. Serui eius, id eſt Chriſti qui ē ſeruus dei patris, unde dicit. Magnum eſt tibi uocari puerū meum, pro parte carnis. Cyrillus libro theſauri tertio capite ſecundo. Exinaniuit enim ſe ipſum formam ſerui accipiens & ita tanto ſubmiſſior uiſus eſt, quantum inter deum & hominem intereſt. Non erat enim antea creatus & poſtea deus ſed cum deus æternaliter eſſet, factus eſt poſtea homo. Vides ut formā ſerui ad humanitatē Cyrillus etiā retulerit? Auguſtinus quoq; libro primo de trinitate capite ſeptimo Chriſtum ſecundum humanitatem dictum eſſe ſeruum aſſerit ſic inquiens. Proinde in forma dei fecit hominem, in forma ſerui factus eſt homo. Et capite undecimo eiuſdem libri. Secundum formam inquit dei omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ſecundum formam ſerui ipſe factus eſt ex muliere, factus ſub lege. ¶ Altera quæſtio erat an Arrium redolere Eraſmus uideretur cum dixit Chriſtum tametſi obediuit & ſubditꝰ fuit patri iuxta aſſumptum hominem, ut filium tamen obediſſe, non ut ſeruum. Nam cum filius æqualis ſit patri & obedientia ac ſubiectio minoritatem deſignet, palam eſt Chriſtum non ut filium patri obediſſe & ſubditum fuiſſe, ſed ut ſeruum hoc eſt iuxta humanitatem aſſumptam. Quam argumentationem meam cum Eraſmus uir acerrimo ingenio perlegiſſet, intellectus mei hebetudinem continuo admiratus, O acumen inquit omni quod ait Hieronymus piſtillo retuſius. Tot locis Paulus ac Ioannes uocant in Chriſto renatos filios dei, & Chriſtus quatenus erat homo nō diceretur filius dei præſertim cū in euangelio Chriſtꝰ ipſe ad hāc calūniam reſpōdeat Deinde quo ſe theologicis ſtudiis operā dediſſe lectori perſuadeat, filius inquit dei æqualis eſt patri. & filius dei minor eſt patre propterea quod Chriſtus duplici ratiōe dicitur filius dei natura & gratia. Verum utcunq; accipias filium dei, nihilo magis hæreſim ſonat hoc proloquium filius dei ſubditus fuit patri, quam hoc filius dei mortuus ac ſepultus eſt. O bellam tergiuerſationem & ab ingenio uere Batauo profectā. Quaſi quiſpiā ignoret Chriſtum duplici ratio

ne dici filium dei natura ſcilicet & gratia. Aut quaſi cũ Ttaſ mus dixit ut filium Chriſtum patri obediſſe non ut ſeruum de filio intellexiſſe naturali non ſtatim conuincatur. Nam cum negauit ut ſeruũ obediſſe, aperte confeſſus eſt non ut filiũ per gratiam obediſſe, ideſt non iuxta humanitatem aſſumptam ſecundũ quam ſeruus Chriſti dicitur ac patri obediuit dicente Auguſtino libro primo de trinitate capite. 11. Secundum formam dei ipſe eſt uerus deus,& uita æterna, ſecundum formam ſerui factus eſt obediens uſq; ad mortem mortem autem crucis. Neq; quod Chriſtus in euangelio ad Iudæorum calumniam reſpondit Eraſmo poteſt ſuffragari, non enim illic ſe Chriſtus dixit filium dei per gratiam, ſed cum Iudæi de blaſphemia illum accuſarent quod ſe deum faceret, reſpondit eis Ieſus. Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra quia ego dixi dii eſtis. ſi illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt,& non poteſt ſolui ſcriptura, quem pater ſanctificauit & miſit in mundũ uos dicitis quia blaſphemas quia dixi filius dei ſum? Quaſi diceret ſi homines qui nihil natura commune cum diuinitate habent ratione aliqua dii dici poſſunt, quanto magis filiũ dei optimo iure ſe is poteſt appellare qui deus natura eſt,& eiuſdem cum patre ſubſtantiæ? Qđ ex his quę ſtatim ſequuntur apertiſſime colligitur cum inquit. Si nõ facio opera patris mei nolite credere mihi, ſi aũt facio & mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis quia pater in me eſt, & ego in patre. Neq; quod dicitur quem pater ſanctificauit & miſit in mundum, filium per gratiam deſignat. Sic enim hæc exponit Auguſtinus. Sanctificauit ideſt ut ſanctus eſſet gignendo ei dedit quia ſanctum eum genuit. Si autem ſermo dei factus eſt ad homines ut dicerentur dii, ipſum uerbũ dei quomodo non eſt deus? Si per ſermonem dei homines participando fiunt dii, uerbum unde participatur non eſt deus? Et Theophilus Sanctificauit eum, hoc eſt ſanxit ſacrificari pro mũdo in quo oſtẽdit ſe non eſſe deum ſicut cæteri. Nam ſaluũ facere mundum diuinum opus eſt, non autem hominis deificati per gratiam. Neq; quod ego dixi obedientiam & ſubiectionem

minoritatem deſignare Eraſmi argumento confutatur. Si quidem quod Chriſtus Marię & Ioſeph ſubditus fuiſſe in euangelio legitur, pietatis fuit non infirmitatis. Vnde Ambroſius ſuper Lucam ſic illud exponit, & erat ſubditus illis. Quid enim magiſter uirtutis niſi officium pietatis impleret & miramur ſi patri defert qui ſubditur matri? Non utiq; infirmitatis, ſed pietatis iſta ſubiectio eſt. Neq; Chriſtum aliquis dicit ſeruum appellatum quatenus ii ſerui dicuntur qui metu mali & conditionis neceſſitate ſuo funguntur officio, ſed quatenus homo natus eſt ideſt iuxta humanā naturam quam pro nobis aſſumpſit ſecundum quam dei creatura eſt ſecundum inquam iſtam naturam noſtram quę nobis cum illo communis eſt ſecundum quam Hieronymus, Ambro. Hilarius, Auguſtinus, ac omnes deniq; eccleſiaſtici tractatores Chriſto ſerui tribuunt cognomentum. Hæc autem cum ita ſint nō eſt cur uideatur impudens Stunicę calumnia qđ uidelicet hęc obiecerit Eraſmo, ſed potius impia Eraſmi cēſenda ē pertinacia qui cū Apollinariſtis Chriſti hominis negat ſeruitutem, & cum Arrianis filium aſſerit patri obediſſe ac ſubditum fuiſſe. Non igitur extra propoſitum erit ſi ſimilium annotationum ut polliciti ſumus opus alterum in Eraſmum ediderimus. Neq; quicquam prodeſt quod in fine apologetici annotamenti clamat ſe nō adimere Chriſto naturam humanam qui tot libris ſuis illam adorarit, cum adimendo Chriſto ſeruitutem, naturā illi adimere humanā prorſus uideať. Neq; quod ſtatim infert nō ſe facere Chriſtū iuxta diuinam naturam inferiorem patre qui toties deteſtatur Arrianos, alicuius eſt momenti, cum contrarium ex annotatione ſua appareat, in qua dixit ut filium patri obediſſe ac ſubditū fuiſſe non ut ſeruum, ac cum ex aliis annotationibus ſuis aperte uideatur fauere Arrianis, cum præſertim pro illis dicat potius facere loca quæ eccleſiaſtici doctores contra illos in teſtimoniuꝫ producunt quā ꝑ Orthodoxis. Cum deniq; decem illos locos a me ſibi obiectos in quibus Chriſtus deus apte appellatur, ſic diſcuſſerit, ut neq; ipſe Arrius ſi ab inferis reuixiſſet maiore impietate tergiuerſationes illas ab Eraſmo allatas excogitare potuiſſet.

ANNOTATIO TERTIA.

EX epiſtolę ad Epheſios capite quinto. Vetus tranſla tio. Sacramentum hoc magnum eſt. Paulus μυςήριον τοῦτο μέγα ἐςίν. Eraſmus Myſterium hoc magnū eſt & in annotationibus. Sacramentum hoc μυςήριον ideſt myſterium. Id nolui eos neſcire qui ex hoc loco faciunt matrimonium unum ex ſacramentis, non quod de hoc ſit dubitandum, ſed quod ex hoc loco non magnopere colli- gatur. Siquidem particula aduerſatiua ego autem, ſatis indi cat hoc magnum myſterium ad Chriſtum & ad eccleſiam pertinere non ad maritum & ad uxorem. Neq; enim in hoc magnum eſt ſacramentum ſi uir iungatur uxori, quod & apud ethnicos fieri conſueuit.

¶ Stunica Quod gręce dicitur μυςήριον .i. myſterium lati ne ſacramentū dicitur neq; habēt latini aliā dictionē pręter hācq̄ grǽcā exprimāt, quę id ꝓprie ſignificat qđ p myſteriū intelligitur. Non autē errare uidentur qui ex hoc loco ma- trimonium unum ex ſacramentis faciunt, cum manifeſtiſſi- me hic non ſolum ſacramentum appelletur ſed magnum etiam ſacramentum. Nā cū Apoſtolus de uiri & uxoris cō- iunctione hic ageret, & carnale matrimonium myſtico cō- parans ideſt ei qui eſt inter Chriſtū & eccleſiā, uxoribꝰ præ cepiſſet ut uiris ſubditę eſſent quēadmodū eccleſia ſubdita eſt Xp̄o, & uiris ut uxores diligerēt ſicut Xp̄s dilexit eccle ſiam, & diuinū ſubinde præceptū de matrimonio ſubiūxiſ- ſet .i. propter hoc dimittet homo patrē & matrē & adhære- bit uxori ſuę, & erūt duo in carne una, conſequēter intulit, Sacramētum hoc magnū eſt .i. hoc ſacramentū matrimonii & mutuę cōiunctionis uiri & uxoris magnū quidē eſt utpo te a deo inſtitutum, uerūtamen ad Chriſtū & eccleſiā ego illud refero. Quaſi dicat qđ literaliter de carnali matrimo nio dicitur, id de myſtico ſpūaliter dici poteſt. Quod autem hic ſit uerus ſenſus apoſtolicorum uerborum ex ſanctis do ctoribus edocemur, ac primum quidem ex Athanaſio qui pręſentem explicans locum ſic ait. Vere namq; debet hoc ſa cramentum dici ut eos qui ſe genuerint deſerat quiſpiā qui

labores ſunt & erumnas in generando & educando perpeſ
ſi,& beneficia contulere innumera ,& illi inhęreat quam ne
q antea uiderit unquam,nec boni aliquid prior ipſa attule
rit. Alioquin quicquid eſt ſacramenti huiuſce uel de Chriſto
prophetice dictum eſſe acceperim. Ille nãq patrem reliqne
rat non loci ſeceſſu ſed condeſcenſu ad carnem,& uenit ad
ſponſam quæ prius ſe ignoraſſet,& illi uno in ſpiritu unit⁹
eſt. Qui enim adhęſerit domino ſpũm unũ cũ eo ſortitur.
Cur igitur nuptię improbant cum has Paulus diuini ſacra
menti in argumentum producat,eaſdemq ſacramenti no
mine nuncupet? Ambroſius apoſtolica hęc uerba ediſſe
rens ſic ait. Myſterii ſacramentũ grande in unitate uiri & fœ
minę eſſe ſignificat. Nec hoc prodit ſed aliam cauſam quę
non diſcordet a memorato myſterio flagitat,quam ſcitad
profectum humani generis pertinere hoc eſt eccleſię & ſal
uatoris ut ſicut relictis parentibus homo uxori ſuę adhæret
ita & relicto omni errore eccleſię adhęreat,& ſubiiciatur ca
piti ſuo,quod eſt Chriſtus. Hęc Ambroſius. Eſt adeo magnũ
hoc ſacramentum coniunctionis uiri & uxoris,ut ſi ethnici
aut pagani fuerint matrimonio coniuncti & ad fidem Chri
ſti poſtea conuertantur ,in matrimonio prius contracto p
maneant,neq denuo contrahere cogãtur,aut in eccleſia be
nedicantur. Et quod maius eſt etiam ſi ſuo more in gradu
prohibito lege canonica fuerint coniuncti,ad fidem cõuer
ſi nequaq̃ ſeparantur. Et hoc ideo eſt quia ut ſacri canones
referunt ſacramentũ coniugii apud fideles & infideles exi
ſtit quemadmodũ oſtendit Apoſtolus dicens. Si quis frater
infidelem habet uxorem & hæc conſentit habitare cum eo
illam non dimittat. Quod ignorans Eraſmus Rotero
damus in annotationib⁹ ſuper hoc loco, Neq enim inquit
in hoc magnum eſt ſacramentũ ſi uir iungatur uxori quod
& apud ethnicos fieri conſueuit.

¶ Eraſmi ad Stunicam reſponſio.

SAcramentũ hoc magnũ eſt. Admonuerã gr ciſeſſe μυ-
ϛήριον.i,arcanũ, Et recipio matrimoniũ i numerũ ſacramẽ

torũ. ſed addo ex hoc loco nõ magnopere colligi. Neq̃. n. quicquid myſterium eſt, protinus eſt unum e ſeptem ſacramentis eccleſiæ. Hic Stunica quoniam non uerſatur in ſua arena quo plura uerba fundit, hoc ſe magis ridiculum præbet. Primum oportuit noſſe ſacramẽti uocabulum largius acceptum competere in multa quæ non ſunt de numero ſeptem eccleſiæ ſacramentorum, ſiquidem plurima ſigna ſũt rerum ſacrarum. At ſacramentum appellatione peculiari conſtat uiſibilibus ſignis rei ſacræ ſed quæ neceſſario uelut ex pacto comitetur gratia inuiſibilis Hoc docere debuerat Stunica ſi uoluiſſet hic mecum conſerere manus. Petrus Lombardus & cum hoc uetuſtiores theologi non numerant matrimonium inter eccleſiæ ſacramenta, recentiores numerare cœperunt, quibus ego lubens aſſentior. Quod ſi indignatur Stunica quod negarim eſſe magnum ſacramentum in coniunctione uiri & mulieris, ſciat Auguſtinuꝫ hac ipſa de cauſa uocaſſe minimum quod ego magnum eſſe nego. Sed hac de re Leo pridem reſpondimus, cum Stunicã nihil agã cum tota hac diſputatione extra oleas quod aiunt cucurrerit. Et tamen operepræcium eſt audire quam ſibi plaudat, uelut feliciter ad metam peruenerit. Quod ignorans inquit Eraſmus Roterodamus. Me uocat ignarum, cum ipſe neſciat quid loquatur. Si ſapiat Stunica poſt hac ſe continebit intra pelliculam ſuam. ideſt intra lexica & annotationes quinquagenarias, id ſi fecerit rectius conſulet noĩ ſuo.

¶ Stunicæ in Eraſmum recriminatio.

SAcramentum hoc magnum eſt. Pro ſacramento in græco eſt μυστήριον ideſt myſteriũ, atq̃ eam ob rem Eraſm. tranſtulit myſterium hoc magnum eſt, & in annotamẽto id repetens ſubdidit id noluiſſe eos neſcire qui ex hoc loco faciunt matrimonium unũ e ſacramentis. non quod de hoc ſit dubitandum, ſed quod ex hoc loco non magnopere colligatur. Siquidem particulam aduerſatiuam ego autem ſatis indicare hoc magnum myſterium ad Chriſtum & eccleſiam pertinere, non ad maritum & uxorem. Neq̃ enim eſſe in hoc magnum ſacramentum ſi uir iungatur uxori, quod

& apud ethnicos fieri cōſueuit. Hæc ego ita cōfutaui. Primū oſtendi idem græcis eſſe μυστήριον idest myſterium quod latinis ſacramentum, neq; latinos habere aliam dictionem præter hanc, qua græcam exprimant, quæ id proprie ſignificat quod per myſterium intelligitur. Ac deinde non errare uideri aſſerui qui ex hoc loco matrimonium faciunt unum e ſacramentis, cum manifeſtiſſime hic non ſolum ſacramentum appelletur, ſed magnum etiam ſacramētum. Deniq; plura intuli ex quibus Eraſmi imperitia ſatis aperte uidebatur eſſe redarguta, ut latius in annotatione noſtra pōt peruideri. Ad hæc aūt ſic Eraſmus in Apologia reſpondet. Admonuiſſe uidelicet ſe pro ſacramentum in græco eſſe μυστήριον idest arcanum. Et recipere matrimonium in numerum ſacramentorum, ſed addidiſſe ex hoc loco non magnopere colligi, neq; enim quicquid myſterium eſt protinus eſſe unum e ſeptem eccleſiæ ſacramentis, atq; hic Stunicam quoniam non uerſatur in ſua arena quo pluſa uerba fundit hoc ſe magis ridiculū præbere. Sed quid ē obſecro quod Eraſmus ait Stunicam non hic uerſari in ſua arena? An magis hæc Eraſmi eſt arena quod diplomate forſan aliquo donatus fuerit nomine theologi? Quaſi ut appellationem, ſic & theologicam ſcientiam diplomate poſſit quiſpiam ſibi comparare, ac non labore potius & aſſiduo ſtudio litterati efficiantur. Quod ſi hoc ita eſt, quid obſtat ut de rebus theologicis Stunica pertractans non dici poſſit uerſari in ſua arena, cum præſertim ſanctis legendis ſcripturis, ac ueterum eccleſiæ tractatorum commentariis euoluendis annos uiginti & amplius impenderit, ac non ut Eraſmus ex ignobili grammatico ſubito prodierit theologus, ſed ſtudio longiſſimo id effecerit, ut licet non appellatione re tamen inter theologos poſſit numerari. Bellum autem quod pergit nos docere ſacramenti uocabulum largius acceptum competere in multa quæ non ſunt de numero ſeptē eccleſiæ ſacramentorum, ſiquidem plurima eſſe ſigna rerū ſacrarum, at ſacramentum peculiari appellatione conſtare uiſibilibus ſignis rei ſacræ, ſed quæ neceſſario uelut ex pacto

comitetur gratia inuiſibilis, atq; hæc docere debuiſſe Stu nicam ſi uoluiſſet hic cum Eraſmo conſerere manus. Quę cum legiſſem cachinnu; tenere non potui quod inde ſe nobis theologum Eraſmus uelit demonſtrare, quod norit ſacramentum peculiariter acceptum cõſtare uiſibilibus ſignis rei ſacræ, ſed quę neceſſario uelut ex pacto comitetur gratia inuiſibilis, cum nullus ex iis ſit qui primũ theologię limen attigerunt, qui apud Petrum Lombardu; in principio quarti libri ſententiarum non id legerit. Sed quia prima pars huius diſputationis eſt de græco uocabulo μυστήριον ideſt myſterium pro quo uetus interpres tranſtulit ſacramentũ, age iam diſcutiamus quid apud gręcos ea dictio ſignificet. μυστήριον proprie dicitur ſecretum aut arcanum, ſiue abditum & inde teletas ideſt initiationes appellatas eſſe myſteria Suidas refert, quod oporteret audientes os claudere, & nulli eadem narrare cum μύω uerbum unde ipſe putat myſteriũ deſcendere claudere ſignificet. Myſtas pręterea ſiue myſtagogos uocabant myſteria illa ſiue ſecreta perdocentes, & inde Symmiſtę dicebantur qui ſimul ſecretis illis ac myſteriis eſſent initiati, & myſticus deductum ẽ epitheton quod ſecretum ſiue arcanum ſonat. Hocidem in ſanctis ſcripturis apud latinos ſonat ſacramẽtum, ideſt ſecretum ſiue rem abditam uel arcanam. Tobię capite duodecimo. Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem dei reuelare & confiteri honorificum eſt. Vbi aperte patet ſacramentum pro ſecreto eſſe poſitum, atq; ita hoc loco in editione gręca pro ſacramentũ regis legitur μυστήριον βασιλέως ideſt myſterium regis. Danielis prętereа capite ſecundo de Daniel dicitur. Et ingreſſus eſt domum ſuam Ananiæq; & Miſaeli, & Azariæ ſociis ſuis indicauit negocium ut quęrerent miſericordiam a facie dei cęli ſuper ſacramento iſto ubi pro ſuper ſacramento iſto in chaldęo quo iam ab eo loco liber Daniel ſcribitur, Al Raza; Dena legitur, quod proprie ſuper ſecreto iſto ſignificat, in græco autem ſuper myſterio iſto legiẗ ideſt ὑπὲρ τοῦ μυστηρίου τούτου Vnde quia idem latine eſt & myſterium & ſacramentum,

immo cum latinis myſterium ſit iam receptum, ſtatim in Daniel ſubditur. Tunc Daniel myſterium nocte reuelatum eſt, ideſt ſacramentum illud hoc eſt ſecretum de quo paulo ante dixerat. Quam obrem & hic etiam in chaldęo pro myſterium eſt Raza, & in gręco etiam μυστήριον Sapientię preterea capite ſexto ſic legitur. Quid eſt autem ſapientia, & quēadmodū facta ſit referam, & nō abſcondā a uobis ſacramēta dei. i. ſecreta ſiue arcana ꝑ quo & in gręco eſt μυστήρια i. myſteria. In nouo etiam teſtamento ubicunq; latine ſacramentum legimus, ſecretum ſiue arcanum ſignificat. & pro illo μυστήριον in gręco ſemper ponitur, ideſt myſterium, ex quo patet quod latini eccleſiaſtici ſacramenti nomine pro græco myſterio ſunt uſi. Quod uero ad theologorum attinet ſacramentum ſit illud quantumuis peculiariter ac proprie acceptum, nihilominus ſecretum ſiue arcanum ſonat. Vnde Gregorius ut refertur in decretis .1. q .1. cap. Multi. de ſacramentis eccleſiæ agens ſic inquit. Sunt autem ſacramenta Baptiſmus, Chriſma, Corpus & ſanguis Chriſti, quę ob id ſacramenta dicuntur quia ſub tegumento corporalium rerum diuina uirtus ſalutem eorundem ſacramentorum operatur, unde a ſecretis uirtutibus uel a ſacris ſacramenta dicuntur. Vides Gregorium ſacramenti etiam ſtricte ac peculiariter accepti etymologiam a ſecreto ideſt myſterio deducere? Atq; inde eſt quod Magiſter ſententiarum ſacramentum ſacrum eſſe ſecretum dicit, quod quanquam de ſacramento generaliter accepto his dici aſſerit, nihil tamen prohibet quin de ſacramento peculiariter aſſumpto poſſit etiam intelligi. Nam licet ſacramenta prout a theologis accipiuntur ſigna ſint potius rerum ſecretarum quam res ipſe ſecretę, ipſa tamen ſigna ſecretum quidpiam in ſe continent, neq; n. omnino nuda ſunt ſigna cum nō ſignificādi gratia ſint tm̄ inſtituta, ſed etiā ſanctificādi. Sanctificatio aūt unde eis ꝓuenit niſi a ſecreta illa & arcana uirtute ſacramēti? Vnde ſacramētū ꝓprie dicit qd ita ſignū eſt grē dei & inuiſibilis gratię forma, ut ipſi⁹ imaginē gerat

& cauſa exiſtat. Sacramentum igitur licet uiſibile ſit, latenti tñ & occulto ſecreto ſiue myſterio participat. Atq; hinc apertiſſime deducitur idem eſſe ſacramentum quod myſterium ideſt ſecretum. Quam obrem eccleſiaſtica ſacraméta quę a Dionyſio numerantur myſteria ab eo dicuntur, ut μυστήριον φωτίσματος ideſt myſteriũ illuminationis, hoc eſt ſacramentũ baptiſmi, & μυστήριον συνάξεως ideſt myſterium ſynaxeos hoc eſt ſacramentum Eucharistiæ, & μυστήριον τελετῆς μύρου ideſt myſterium initiationis unguenti hoc eſt ſacramentum chriſmatis ſiue confirmationis, & μυστήριον ἱεραρχικῶν τελειώσεων hoc eſt myſterium ſacrarum initiationum .i. ſacramentum ordinis. Hęc cum ita ſint non erat cur Eraſmus ueterem trãſlationem hoc loco immutaret & pro eo quod legitur ſacramentum hoc magnum eſt, traduceret myſterium hoc magnum eſt, non quod non idem myſterium ſit quod ſacramentum, ſed quod pro re diuerſa illud Eraſmus uidetur accepiſſe, quodq; in eccleſia hoc nomen pro ſeptem illis ſolis ſacramentis peculiari appellatione receptum iam ſit, & cum unum ex eis matrimonium habeatur, neceſſario hoc nomine erat transferendum. Nam quod Eraſmus ait matrimonium ſacramentum eſſe nõ ex hoc loco magnopere colligi, falſiſſimum eſt, cum ita ex hoc loco magnopere colligatur, ut nullus alius prę ter hunc ſit in ſanctis ſcripturis unde matrimoniũ ſacramentũ eſſe illiusq; autoritate poſſit comprobari. Errat item Eraſmus toto cęlo cuꝫ inquit Petrum Lombardum cũq; hoc uetuſtiores theologos non numerare matrimonium inter eccleſię ſacramenta. Immo ex hoc apparet quam diligens is fuerit qui theologicum nomen paſſim iactat, in Petro Lombardo & uetuſtioribus theologis perlegendis, cum apud Petrum Lõbardum libro ſententiarum quarto in principio ſecundę diſtinctionis ſic legatur. Iam ad ſacramenta nouę legis accedamus quæ ſunt Baptiſmus, Cõfirmatio, Panis benedictiõis .i. Euchariſtia, Pœnitẽtia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugiuꝫ, Ecce hic coniugium .i. matrimonium a Petro Lombardo inter ſeptem eccleſię ſacramenta numeratum quod Eraſmus

theologaſter obnixe pernegarat. Diſtinctione item uigeſi ma ſexta eiuſdem quarti libri cuȝ de matrimonio Petr' Lõbardus tractare inciperet ſic inquit, Cũ alia ſacramenta poſt peccatum & propter peccatum exordium ſumpſerint, matrimonii ſacramentum etiam ante peccatum legitur inſtitutum a domino; non tamen ad remedium ſed ad officium. Neq; in illo loco ſolum ſed & aliis per multis Petrus Lõbardus matrimonium ſacramentum uocat ac inter eccleſiæ adnumerat ſacramenta. Ex ue tuſt ioribus item theologis ſic apud Auguſtinum legitur in libro de bono coniugali In nuptiis plus ualet ſanctitas ſacramenti, quam fecunditas uentris. Idem ſuper Geneſim. Nuptiale inquit bonum tripartitum eſt ſcilicet fides, proles, ſacramentum. In fide attẽditur ne poſt uinculum coniugale cum alio uel alia coeatur. In prole, ut amatre ſuſcipiatur, religioſe educetur. In ſacramento, ut coniugium non ſeparetur, & dimiſſus uel dimiſſa nec cauſa prolis alteri cõiungatur. Idem in libro de nuptiis & concupiſcentia ad Valerium. Non tantum fecunditas cuius fructus in prole eſt, nec tantum pudicitia cuius uinculum eſt fides, uerum etiam ſacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Neq; in his locis ſolum ſed & aliis compluribus matrimonium Auguſtinus uocat ſacramentum. Sed quid opus eſt ut theologos hac de re in teſtimonium adducamus, cum θεολογώτατος ipſe Paulus non ſolum matrimonium appellarit ſacramentum, ſed magnum etiam ſacramentum, ait. n ſacramentum hoc magnum eſt. Atq; ita Hieronymus legit in commentariis ſuper hoc loco, & ſubdit. Et quia non omnia æqualia ſacramenta ſunt, ſed eſt aliud ſacramentum maius aliud minus, propterea dicit ſacramentum hoc magnum eſt. Nam quod in annotamento Eraſmus dixit particulam aduerſatiuam ego autem, ſatis indicare hoc magnũ myſterium ad Chriſtum & eccleſiam pertinere non ad maritum & uxorem, nulla in re poteſt illi ſuffragari cum Apoſtolus non principaliter de Chriſto & eccleſia hic loquatur

ſed de carnali potius matrimonio, quod in omnibus Chri‑ſto & eccleſię comparat, ac propterea dixerat. Mulieres uiris ſuis ſubditę ſint ſicut domino, quonia3 uir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres uiris ſuis in omnibus. Viri diligite uxores ueſtras ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & cętera quę ſequuntur uſq; ad finem capituli ex quibus patet de uiri & uxoris coniūctione ad litteram hic Apoſtolu3 agere. Quod uero dixit Ego autē dico in Chriſto & eccleſia, allegorice ab eo dictum eſſe non iuxta litteram manifeſte apparet. Si quidem prolatis uerbis quibus hoc a deo ſacramentum inſtitutum eſt, continuo intulit ſacramentum hoc magnum eſt. Dictio autem hoc cū demonſtratiua ſit, quid per ea3 Apoſtolus ſignificare uoluit niſi hoc carnale matrimonium de quo hic agit magnum eſſe ſacramentum? Nam cum ſequitur ego autem dico in Chriſto & eccleſia, idem eſt ac ſi dixiſſet ego autem dico ad Chriſtum & eccleſiam id poſſe myſtice adaptari. Ac ſic Hieronymus hunc locum intellexit immo Gregorium Nazianzenum pręceptorem ſuum ſic ait apoſtolica hęc uerba ſibi expoſuiſſe. Sic enim pręſentem locum in commentariis ediſſerens refert Hieronymus. Simulq; humilitatis eius indicium eſt inferentis. Ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Gregorius Nazianzenus uir ualde eloquens & in ſcripturis apprime eruditus cum de hoc mecum tractaret loco ſolebat dicere. Vide quantum iſtius capituli ſacramentum ſit ut Apoſtolus in Chriſto illud & eccleſia interpretās non ſe ita afferat ut teſtimonii poſtulabat dignitas expreſiſſe, ſed quodam modo dixerit. Scio quia locus iſte ineffabilibus plenus ſit ſacramentis, & diuinum cor quęrat interpretis. Ego autem pro puſillitate ſenſus mei in Chriſto interim illud & in eccleſia intelligendum puto, non quo aliquid Chriſto & eccleſia maius ſit, ſed quod totum quod de Adam & Eua dicitur in Chriſto & eccleſia iterpretari poſſe difficile eſt. Vides qualiter Hieronymus primum dixe‑

rit humilitatis apoſtolicæ fuiſſe indicium, cum dixit. Ego autē dico in Chriſto & eccleſia. Deinde Nazianzenū ita hęc ex Pauli perſona retuliſſe, non ut de Chriſto & eccleſia abſolute ab Apoſtolo dicta eſſe uideantur. Quomodo autem ſtare poteſt quod Eraſmus in apologia ait Auguſtinū hac ipſa de cauſa matrimonium appellaſſe minimum ſacramentum qua ipſe magnum eſſe negat, quo enim pacto minimum uocare poteſt Auguſtinus quod Apoſtolus magnum uocat, a cuius uerbis Ambroſius non diſcedens Myſterii ait ſacramentum grande in unitate uiri ac fœminæ eſſe ſignificat. Sed uide quam periculoſe ſibiipſi in principio apologeticę annotationis Eraſmus aduerſetur. Dixerat & recipio matrimonium in numerū ſacramentorum, ac continuo ſubdidit ſed addo ex hoc loco non magnopere colligi, neq; enim quicquid myſterium eſt protinus eſt unum e ſeptem eccleſiæ ſacramētis. Quaſi nos alicubi fateamur quicquid myſterium eſt continuo unum eſſe e ſeptem eccleſiæ ſacramentis, cum neq; quicquid ſacramentum eſt protinus ſit unum ex eccleſię ſacramentis, ſiquidem eccleſię ſacramenta ſeptenario numero ſunt determinata, & ſacramenti nomen generaliter acceptum in multa competit quæ de illorum numero non ſunt. Sed cum matrimonium ſit unum e ſeptem eccleſię ſacramentis, & hic in gręco myſterium dicatur, non illi obſtare aſſerimus myſterii appellationem quominus ſit de numero ſacramentorum, immo potius adiuuare, cum idem ſint myſterium & ſacramentum ut ſupra eſt a nobis euidenter demonſtratum. Quod ſi idem ſunt, ut ſine dubio ſunt, ergo ex hoc loco magnopere colligitur matrimonium eſſe ſacramentum ac proinde e numero ſeptem eccleſię ſacramentorum, et negando Eraſmus hinc non colligi, negat aperte eccleſiæ eſſe ſacramentum. Cum autem hæc ita ſint eat nunc Eraſmus factitius theologus, et dicat Stunicam non hic uerſari in ſua arena, quod doctoris uidelicet titulo non ſit in ſcholis inſignitus, quod pileum illum cum albo flocco non deferat quem

uulgo uocant theologicum; quod turgida illa magiſtri noſtri appellatione ab ſcholaſticorum turba nequaquam nominetur. Quaſi Gregorium Nazianzenum qui per excellentiam inter græcos appellatur theologus, alio nomine Hieronymus laudarit quam quod eſſet eloquens & in ſcripturis apprime eruditus. Non quod nobis eloquentiam aut ſcripturarum eruditionem arrogemus, ſed quo hoc exemplo doceamus abſq; ſcholaſticis titulis a recentioribus paucis ab hinc annis adinuentis poſſe quempiam in quacunq; arte diligenter laborant, iure ac merito in eadem eruditus appellari. Illud ultimo addam ex hac noua interpretatione, & huius loci ad ſuum proprium ſenſum interpretatione nihil aliud Eraſmum effeciſſe niſi ut Luterio hæretico anſam daret negandi matrimonium eſſe ſacramentum. Quanquam non ex hoc loco ſolum ſed ex aliis quæ apud Eraſmum legerat in tam inſanam hæreticus ille uenit opinionem. Siquidem ita Eraſmus ſcripſit in antidoto ad epiſtolam Hieronymi ad Geruntiam de monogamia. Verum diuus Hieronymus ardentiſſimo quodam amore pudicitiæ nonnunquam iniquior eſt matrimonio, & haud ſcio an illa ætate eccleſia matrimonium numerarit inter ſacramenta. Certe Dionyſius cum ex profeſſo de his tractet matrimonii nullam fecit mentionem. Cum item in antidoto eiuſdẽ Eraſmi ſuper epiſtola ad Euſtochium de uirginitate ſeruanda ſic Luterius legiſſet. Sunt & alia quæ ſiquis inique diſcutiat diſſentire uidentur a uulgata theologorum opinione qui matrimonium faciunt unum e ſeptem ſacramentis, ſupra dicta Eraſmi uerba hæreticus ille perfidus mordicus arripiens, damnatam inde & erroneam propoſitionem illam uidetur deprompſiſſe qua ſic euomuit. Matrimonium non eſt ſacramentum diuinitus inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia adinuentum. Quod cum Eraſmo conuenit qui dixerat haud ſe ſcire an Hieronymi ætate eccleſia matrimonium inter ſacramenta numerarit, ac theologos facere matrimonium unũ e

ſeptem eccleſiæ ſacramentis, quaſi dicat homines illud facere non ſic a deo olim inſtitutum. Sed hæc & alia permulta hæretica & inſana quæ ab Eraſmi libris Luterium apparet accepiſſe, ex eo libello qui a nobis prope diem edetur cui titulus eſt Eraſmi ac Luterii paralella facile cognoſcentur, ex quibus omnes fere in eam ſententiã deuenerunt ut exiſtiment Eraſmo quanquam is id egregie diſſimulat, cum Luterio uſq; adeo omnino conuenire ut merito de utroq; dici poſſit quemadmodum de Platone & Philone antiquitas dicebat ἢ ἔρασμος λουτηρίζει, ἢ λουτήριος ἐρασμίζει. Ideſt aut Eraſmus luterizat aut Luterius eraſmizat. Hanc autem haud inanem opinionem paucis ab hinc diebus illud apparet cõfirmaſſe quod in tribus ex. 15. libellis qui a quindecim illis Luterianis contra eccleſiam Romanam coniuratis germanica lingua nuper ſunt emiſſi; qui libelli ab eruditiſſimo ac fidei catholicæ obſeruantiſſimo Ioanne Eckio paulo ante Leonis. X. Pont. Max. mortem ad hanc curiam Romanã ſunt allati, Eraſmus fertur depictus, ac ſinguli ex triũ illorũ libellorũ autorib' ſuã hęreſiʒ ex Eraſmica Moria uidẽtur affirmare. Neq; hoc ſolum illic legitur, ſed hæc uerba q̃ ſtatim ſubiiciam ut ab Eckio ipſo in latinum ſermoneʒ ad uerbũ ſunt tranſlata. Alloquuntur Cæſarem Luteriani illi coniurati, quaſi Cæſar chriſtianiſſimus impios homines & ab eccleſia damnatos eſſet auditurus, ac non potius illos cum Luterio ſuo diaboli membro ac nuncio Antichriſti ultricibus ſit flammis addicturus. Aiunt igitur. Scias Cęſar Ioannem Reuclin initium eſſe huius utilitatis natiõis Alamanicę; qui incœpit aperire obrutos fontes Chriſtianę uitę & doctrinę. Secundus uenit Eraſmus Roterodamus pro ſalute noſtra cum angelico ingenio qui continuo in nobis auxit diuina munera, hi duo poſuerũt primos lapides. Iactis iſtis fundamentis initio regiminis tui miſit deus duos electos magnanimos & illuminatos ad præparandam uiam felici tuo regimini. Iſti duo nuncii ſunt Martinus Luter, & Vlricus de Huten ſunt ambo in Germania nati doctiſſimi & chriſtianiſſimi, qui omnem uitã ſuam huc direxerunt ut

honor dei promoueretur. Hæc hęreticos illos Luteriſtas de barathro pectoꝝ ſuorum cœnoſaꝫ ſpurcitiam euomẽtes ap paret profudiſſe, ex quibus patet non illos Eraſmum a ſuo grege alienum arbitrati, quandoquidem in librorum ſuoꝝ frontibus honorifico elogio adiecto hominēꝫ depingunt; ac ſuas inſanias ex Eraſmica aſtruũt Moria, & inter eos quos ſuarum impietatum magiſtros numerant ſecundo loco Eraſmum recenſent quem aiunt pro illorum ſalute aduenifſe cum angelico ingenio. Sed ſi ad hæc Eraſmus dixerit nihil ad ſe pertinere quod Luteriani eum laudent, ac inter inſtitutores ſuos aſcribant, cuꝫ falſum id eſſe re ipſa cõprobetur; illud ſibi reſponſum norit, tunc omnes credituros Eraſmũ Roterodamum recta fide Romanam eccleſiam colere, cum uiderint libris editis Luterianam hęreſim diligentiſſime & ut ab homine qui ſe orthodoxum credi uult ſperanduꝫ eſt; ab eo redargutam. Hęc dum Eraſmus facere diſtulerit, effici nequaquam poterit ne in hac Romana curia ubi hęc ſcribimus ac forſan aliis in locis a Luterii hæretici partibus illũ ſtare nõ ſolum a plurimis credatur, uerum etiam per omnia compita paſſim prædicetur.

Impreſſum Romę per Antonium Bladum de Aſula. Anno Dñi. M.D.XXII. Pontificatus. S.D.N. Adriani Papæ ſexti Anno primo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE